Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

JOANNIS à SOMEREN, JC^ti

ULTRAJECTINI

TRACTATUS
DE
Repræſentatione.

381
M 14/2

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex officinâ RUDOLPHI à ZYLL, Bibliop.
CIↃ IↃ C LXXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

LECTORI S.

Plerique Populi in ſucceſſionibus non aliorum tradita aut Mores, ſed proprias ſecuti ſunt Conſuetudines; Romanæ Legis authoritate Repræſentationem pauci agnoſcunt, plurimi ex Conſtitutionibus & Principum Edictis. Regias de hoc Jure leges obſervat Hiſpania; pleræque Galliarum Conſuetudines de eo mentionem faciunt; Caroli Quinti Edictum habet Germania, & omne ferè Belgium ſcriptâ lege idem ſancivit. Serius apud nos & in vicinis Regionibus obtinuit vicaria ſucceſſio, quibus antea etiam in deſcendentibus incognita fuit. In Fœderatis Provinciis Gelri, Trajectini, Friſii, Tranſyſulani, Groninga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ni, Omlandi in fratrum filiis repræſentationem terminavére. Ex Scabinico ſucceſſionis jure in infinitum apud Hollandos Meridionales admiſſa fuit, ſed poſterioribus Conſtitutionibus ad fratrum nepotes & patruorum filios coärctatur; Quod & apud Boreales ibidem populos receptum eſt, quorum Moribus olim ex jure Azingico nullus repræſentationi erat locus; Apud Zelandos etiamnum hodiè in utrâque lineâ fines non habet; Quod cum plurimis Flandriæ Brabantiæque Civitatibus convenit, niſi quod nonnullæ retentâ antiquæ ſucceſſionis formâ ſubingreſſionem ab hæreditatibus omnino arcent. Ab inteſtato per ſe locum habet; in teſtamentis, fideicommiſſis non niſi ex teſtatoris voluntate ſeu tacitâ ſeu expreſsâ; in Regno, feudis, emphyteuſi, quatenus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

enus cujuſque Gentis Conſuetudo
ut partium conſenſus eandem ad-
niſit. Apud alios in individuis pa-
rui excluſionem operatur; Noſtra-
ibus autem non niſi in univerſali ſuc-
eſſione, & quidem ad concurſum
olummodo prodeſt. Ita propter diſ-
onas hæreditatum leges pro more
ujuſque Populi dirimenda contro-
verſia eſt. Quæ de Repræſentatione in
Majoratibus & Primogenituris Hiſpa-
ni commentati ſunt, quæ excluſis Sta-
uto Fœminis de ſubingreſſione Ita-
i ſcripſére, Blaſius Robles fuſius per-
ractavit; Ad eorum autem Conſti-
utiones hæc præcipuè ſpectant; No-
ſtræ Conſuetudines majorem cum
Gallorum Placitis conſenſum ha-
bent. Quod ſi dubium circa hæredita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

tum delationes in Statuto noſtro oritur, ex Romanis Legibus decidenda quæſtio eſt, uti Carolus Imperator in Ordinationis Ultrajectinæ Epilogo ſtatuit; Ordines etiam in Edicto de Repræſentatione Juri Cæſareo ſeſe inhærere declarant. Conceſſo mihi nuperrimè otio, ad trutinam Patriæ Legis hanc materiam expendi, adjunctis iis, quæ ex vicinis Moribus huc tendunt; VALE.

Dabam Trajecti ad Rhenum
1. Martij 1676.

ELEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ELENCHUS CAPITUM.

Caput I.

De Repræſentatione in lineâ deſcendenti.

Caput. II.

De Repræſentatione quoad aſcendentes.

Caput III.

De Repræſentatione in lineâ collaterali.

Caput IV.

De iis, qui ex uno latere ſunt conjuncti.

Caput V.

De Repræſentatione in Teſtamentis.

Caput VI.

De Repræſentatione in Fideicommiſſis.

Caput VII.

De Collatione ſeu Imputatione quoad repræſentantes.

Caput VIII.

De Æris alieni inter ipſos diviſione.

Caput IX.

De Repræſentatione conventionali.

X. *De*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Caput X.

De Repræſentatione in Feudis.

Caput XI.

De Repræſentatione in Regiis ſucceſſionibus.

Caput XII.

De Repræſentatione in emphyteuſi, cenſu, jure Patronatus.

Caput XIII.

De Repræſentatione in retractu gentilitio, tutelis, alimentis, &c.

Caput XIV.

De Repræſentatione in Statutis.

TRACTA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

TRACTATUS DE Repræſentatione.

CAPUT I.

De Repræſentatione in lineâ rectâ.

I. *Germanis, Gallis, Belgis olim incognita fuit.*

II. *Antiqui juris ratio traditur.*

III. *Jure Civili in infinitum procedit.*

IV. *De Statuto Ultrajectino.*

V. *An ſuo jure, an vero ex parentis perſonâ nepotes veniant.*

VI. *An in ſpuriis locum habeat repræſentatio.*

VII. *Nepotes etiam ſoli in ſtirpes avo ſuccedunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

VIII. *Olim apud nos contrarium obtinuit.*

IX. *De computandâ inter nepotes legitimâ.*

X. *De filiali vitrici vel novercæ portione.*

I. Majoribus noſtris incognita fuit repræſentatio; Si liberi non eſſent, fratres, patrui, avunculi proximum in ſucceſſione gradum obtinebant, Tacitus *de morib. Germanor.* Idem legibus Wiſigothorum cautum fuit, *libr. 4. tit. 2. leg. 2.* uti Fredericus Lindebrogius edidit. Antiquiſſimum hoc jus ex Marculphi formulis patet; locum notat Cujacius *ad Novell.* 118. In Germaniâ apud pleroſque populos repræſentatio obſervata non fuit, & ſero nepotes cum filiis admiſſi, Grotius *de jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 7. num.* 30. Sub Otthone Primo in Imperio initium habuit, ſed rurſum obliterata ſequentibus ſæculis; donec anno 1500 Maximilianus Primus, contrariâ conſue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ſuetudine abrogatâ, in deſcendentibus vicariæ ſucceſſionis jura ad forum reduxerit, Heigius *part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 30. *&* 31. Mevius *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 30. *&* 33. Nepotes apud Gallos ab avitâ hæreditate per patruos conſtanter ſubmotos, niſi ab avo aviâve expreſsè ad ſucceſſionem vocati forent, ex Codice Antiquitatum Lutetiani fori ediſſerit Choppinus *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 5. *nu.* 2. Omnes ferè populi trans Sequânam verſus Belgium & Aquilonem in eo fuêre pares, notante Molinæo *ad Conſ. Bononienſ. art.* 76. Varias in hoc Conſuetudines collegerunt Tronçonius & Guerinus *ad Conſuet. Pariſ. art.* 319. In hac etiam Diœceſi & vicinis regionibus olim cum avunculis Nepotes ad avorum bona non fuêre admiſſi, donec ex Edictis & Principum Conſtitutionibus, mutatâ lege patriâ, repræſentatio locum ceperit, *Statut. Ultraject. Rubr.* 23. *art.* 24. Grotius *in manuduct. libr.* 2. *part.* 28. *verſ. de grond.*

Sandius *de feud. tract.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 11. *&* 12. Goris *tractat.* 2. *cap.* 1. *num.* 1.

II. Antiqui juris ea traditur ratio, ne invito avo ſuus agnaſcatur hæres, qui ex matrimonio absque conſenſu parentum forſan inito prodiret; Soliti itaque fuêre Franci veteres & Belgæ tabulis nuptialibus nepotes ex filio naſcituros ſibi hæredes ſcribere, Molinæus *d. art.* 76. Choppinus *d. tit.* 5. *numer.* 2. Charondas, Tronçonius, Guerinus *ad Conſuet. Pariſ. artic.* 319. Mornacius *ad l.* 2. *ff. de Rit. nuptiar. in med.* Chriſtinæus *ad Leg. Mechlin. tit.* 16. *artic.* 1. *num.* 8. *& ſeqq.* Præter hanc autem rationem graduum proximitatem præcipuum fuiſſe ſucceſſionis fundamentum in veterum ſimplicitate exiſtimaverim; Ex antiquo apud noſtrates paræmia eſt, *'t naeſte bloedt erft het goedt.* Et non malè ita conjicias ex allegato Taciti loco; uti etiam de Gallis quoad repræſentationem expreſsè notat Brodæus *ad*

Louet

Louet. lit. R. cap. 9. verſ. ce droict eſtoit ſondé.

III. Jure civili repræſentatio inter deſcendentes in infinitum procedit; vetuit Imperator in hoc ordine gradum quæri, §. 15. *Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. Novell.* 118. *cap.* 1. De pronepotibus, non abnepotibus expreſſa in lege ſit mentio, §. 7. §. 16. *Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l.* 17. *C. de Collation.* Verum de is, quæ ut plurimum fiunt, leges loqui ſolent; rarius abnepotem avus vidit; idem tamen illi jus competeret, Mainardus *libr. 6. deciſ.* 95. Grivellus *deciſ.* 130. *nu.* 8. Seſſe *deciſ.* 62. Robles *de Repræſentat. libr.* 2. *cap.* 18. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 100. L² 596-5

IV. Plerisque etiam Galliæ & Belgii Moribus hæc recepta ſunt; quibus tamen non ex jure civili Romanorum, ſed potius ex lege patriâ repræſentatio placuit; Nonnullæ Conſuetudines expreſſis verbis in infinitum eam extendunt, tollendi dubii causâ. L² 596-5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Statutum quidem Ultrajectinum de nepotibus ſolummodo loquitur; ſed eorum nomine pronepotes quoque comprehendi benignâ interpretatione Curia cenſuit, & repræſentationis jure tam ad proavi quam proaviæ hæreditatem eoſdem ab inteſtato admiſit, *ult. Julii* 1594. & iterum *ult. Julii* 1600. Eodem modo Statutum Lubecenſe, quod nepotes duntaxat ad ſucceſſionem vocat, in infinitum extendit Mevius *ibid. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 36. *& ſeqq.*

V. Repræſentatio quidem jure Romano hîc nulla dici poſſet, cum nepos ex proprio capite avo hæres exiſtat, §. 1. *Inſtitut. de hæred. qualit. & differ.* §. 3. *Inſtit. de exhæredat. liber. l.* 2. *C. de Liber. præterit.* Beſſianus *ad Conſuet. Arvern. cap.* 12. *articul.* 9. *num.* 6. Caſtillo *Controverſ. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 162. *&* 163. Argentræus *ad Conſuet. Britann. artic.* 567. *num.* 6. *& ſeqq.* Unde etiam DD. ſtatuunt gradum potius quam patris perſonam à ne-

ı nepote repræſentari, Faber *in C. S. ibr. 2. tit. 3. def. 1. num. 4. & def. 14. ıum.* 28. Valaſcus *conſultat.* 122. *nu. '. & ſeqq.* Gamma *deciſ.* 385. *num.* 2. Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 100. *num.* 13. *in fin.* Cancerius *var. reſolut.part.* 1.*cap.* 5. *ıum.* 10. Robles *de Repræſentat. libr.* 1. *ap.* 11. Quamvis veri etiam repræ- ſentationis effectus inde profluant, ut ſcilicet in parentis locum ingrediatur, & in ſtirpes cum reliquis hæreditatem lividat; in hiſce autem regionibus ıepotes ex ſpeciali privilegio & Princi- pum Conſtitutionibus per repræſenta- ionem ſuccedunt, cum antea jure ſuo & ex proprio capite venientes per hios, tanquam proximiores ab avitâ ıæreditate fuerint ſecluſi.

VI. Non tantum autem legitimus, ſed naturalis quoque & ſpurius nepos ıvo aviæque maternis per repræſenta- ionem hæres eſt, Zans *de diviſ. bonor. ibr.* 4. *cap.* 6. *num.* 53. Acacius *de Pri- vileg. parent. & liber. privileg.* 14. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 37. Non ideo mi-

nus ad aviæ maternæ bona ab inteſtato nepotes admittuntur, quod vulgo quæſiti proponuntur, inquit Modeſtinus *in l. 8. ff. Unde Cognati.* Eos cum legitimis liberis per repræſentationem ab inteſtato aviæ maternæ hæredes Curia agnovit, Radelant *deciſ.* 58. Licet enim jure civili deficiant, ſanguinis tamen ratio eos vocat, *l.* 2. *l.* 4. *ff. Unde Cognati.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſtat. libr.* 6. *cap.* 48. Chriſtinæus *ad Leg. Mechlin. tit.* 18. *art.* 3. *nu.* 3. Robles *de Repræſentat. libr.* 2. *cap.* 12. *&* 13.

VII. Nepotes ubi avo ſuccedunt, non in capita, ſed per ſtirpes hæreditatem dividunt, tantumque capiunt, quantum habuiſſet ipſorum parens, etiamſi ſoli ſine thiis vel in diſpari etiam gradu inter ſe hæredes exiſtant, §. 7. §. 17. *Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. l.* 2. *C. de ſuis & legitim. hæred. Novell.* 118. *cap.* 1. Caſtillo *libr.* 3. *controv. cap.* 19. *num.* 61. Robles *d. libr.* 2. *cap.* 15. Idque Moribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ubique ferè receptum eſt, & ſtatutis inſertum exſtat.

VIII. Antiquitus apud nos in capita, uti proximi avo ab inteſtato nepotes ſucceſsêre, nondum repræſentatione aut hæreditatis in ſtirpes diviſione ad forum perductâ, idque non obſcurè ex lege Civicâ patet, *Rubr.* 23. *articul.* 27. Conventionalis ex pactis dotalibus ſucceſſio, quæ olim ad avitam hæreditatem apud Gallos Belgasque nepotibus proderat, eos in capita ſolos admiſit, uti tradit Choppinus *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 5. *num.* 3. Sed moribus noſtris hæc immutata ſunt, poſtquam repræſentationem in infinitum benignâ interpretatione Conſuetudo produxerit; quamvis nonnulli in gradu inæquali repræſentationem ſolummodo introductam autument, reliqua vetuſtæ conſuetudini relicta eſſe.

IX. Cum itaque in ſtirpes ſeu per repræſentationem avo ſuccedant, in computandâ ipſorum legitimâ paren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

tium ſeu filiorum perſonæ conſiderandæ ſunt, non numerus nepotum; è converſo autem ſi ex uno tantum filio nepotes ſoli exiſtant, pro numero capitum aut triens aut ſemis legitima eſt, quia jam absque paterni gradus occupatione ſuo jure hæredes ſunt, Franciſc. Stephanus *deciſ. Aquenſ.* 2. Farinaceus *part.* 2. *deciſ.* 543. Peregrinus *de fideicomm. art.* 36. *num.* 39. Beuſtius *ad l.* 1. *ff. de jurejur. num.* 159. Merlinus *de Legitim. libr.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 2.

X. In caſu vero *Leg. hâc edictali C. de ſec. nupt.* nepotes ex filio unico non in capita, ſed omnes parentis loco pro uno cenſentur; non enim de legitimâ ſed filiali ibidem portione agitur; erronea itaque Bertrandi opinio eſt, qui ad exemplum computandæ legitimæ etiam hîc nepotes per capita conſiderandos docet, *ad d. leg. hâc edictali. verſ. quam obſervationem num.* 4.

CAPUT I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

CAPUT I.

SECTIO I.

I. *Patre exhæredato nihilominus obtinet repræſentatio.*
II. *Non tamen ſi poſt mortem avi nepos fuerit conceptus.*
III. *Nepos ex matrimonio, invito avo, contracto cum thiis ſuccedit.*
IV. *Quid ſi filius uxorem ignominioſam aut meretricem duxerit.*
V. *Nepos à patre ſuo exhæredatus cum patruis quoque admittitur.*
VI. *Avo ſuccedit, licet patris hæres eſſe nolit.*
VII. *De ſervo pœnæ & deportato.*
VIII. *Repudiatâ per filium hæreditate an nepos eum repræſentet.*
IX. *Quid ſi patrueles ſoli hoc caſu concurrant.*
X. *An repræſentatio locum habeat, ſi mater acceptâ dote paternæ hæreditati renuntiaverit.*

XI. *Quid*

XI. *Quid ſi pro ſe & hæredibus ſuis ita declaret.*

XII. *An ſi filius præteritioni conſenſerit, nepotes venire poſſint.*

I. Exhæredato filio nihilominus ad avitam hæreditatem cum thiis venit nepos, ſi modo pater ante avum deceſſerit, *l.* 9. §.2. *ff. de Liber. & Poſthum. l.* 6. *ff. de Injuſt. rupt. l.* 2. *C. de Liber. præter.* Gomezius *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 21. Ranchinus *de Succeſſ. ab inteſt.* §. 3. *num.* 8. Barry *de Succeſſ. libr.* 18. *tit.* 1. *num.* 4. Sandius *libr.* 4. *tit.* 9. *def.* 7.

II. Nepos itaque ex filio exhæredato poſt avi mortem conceptus per repræſentationem non ſuccedit; Marcellus ſcripſit eum, neque ut ſuum, neque ut nepotem aut cognatum ad hæreditatem aut bonorum poſſeſſionem admitti poſſe, quod Ulpianus probat *in l.* 6. §. 1. *ff. de injuſt. rupt. l.* 6. & 7. *ff. de ſuis & legit. hæred.* §. 9. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* III. Ti-

III. Titius nuptias invito patre contrahit; relictis liberis exhæredatus moritur, obſtabitne exhæredatio nepotibus? Curia Pariſienſis ad avitam hæreditatem unâ cum patruis eos admiſit, Papon *lib.* 20. *tit.* 1. *arreſt.* 6. Neque ex hoc capite ab avo eoſdem defuncto patre exhæredari poſſe eadem Curia, uti & Tholoſana cenſuit, Annæus Robertus *rer. judicat. libr.* 2. *cap.* 9. Peleus *quæſt. illuſtr.* 39. Mainardus *libr.* 8. *deciſ.* 73. Chenu *quæſt.* 38. Mornacius *ad l.* 11. *ff. de Statu homin.* Autumnus *en ſa conference ad l.* 3. §. 5. *ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* Tronçonius & Guerinus *ad Conſ. Pariſ. art.* 299. Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 325. *n.* 21. Propter vitium patris nepotes avi elogio, hæreditate non rectè privari judicatum quoque refert Charondas *ad Conſ. Pariſ. art.* 319. Godefroy *ad Conſ. Normann. art.* 270. *circa fin.* Varia arreſta collegit Mornacius *ad l.* 33. §. 1. *C. de Inoffic. Teſt.* Idem poſt alios docet Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 45. *nu.* 16.

IV. Quod

L² 595-4

IV. Quod ſi filius ignominioſam uxorem vel meretricem duxerit, nepotem ex tam turpi matrimonio rectè ab avo exhæredari, eleganter tractat D. Eſpeiſſes *tom. 1. part. 1. tit. 1. ſect. 4. num.* 41. Idem cenſent Cujacius *lib. 3. obſervat. cap.* 5. & Surdus *de aliment. tit. 1. quæst.* 38. *num.* 37. Juſta non tantum adverſus filium, ſed & nepotem hîc odii cauſa eſt, ne ex infami & abjectâ fœminâ ſuſcitata proles hæreditati cum ignominiâ inſeratur; vilitas & parentium turpitudo etiam ad poſteros deſcendit; nepos ex nuru ignominioſâ natus, ſi ab avo, qui jure ſuo uti potuit, exhæredatus querelam moveat, non minus, inquit Ulpianus, is qui de inofficioſo cogniturus eſt, merita nepotis, quam patris ejus delicta perpendet, *l. 3. §. 5. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* Centumvirale Judicium hoc caſu ex circumſtantiis cauſæ æquitatem penſitabat, Siccama *de judic. centumvir. libr. 2. cap. 7. in med.* Verum ex matrimonio cum meretrice vel vili

perſonâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

erſonâ contracto juſti etiam & legi-
mi naſcuntur liberi, quibus jura na-
uralia, uti reliquis competunt, adeo
t ſola nativitatis ratio eoſdem non ſe-
ludat; uti ex allegato quoque Juris-
onſulti reſponſo palam eſt, ubi meri-
a ſeu facta nepotis conſiderantur, non
rigo duntaxat perpenditur; quamvis
lii ex Pauli & Ulpiani ſententiâ ne-
potem ex ignominiosâ nuru olim cum
effectu ab avo exhæredari potuiſſe ſen-
tiant, ſed poſterioribus Conſtitutioni-
bus id immutatum eſſe; Legis vete-
ris iniquitatem tollentes, quam Julius
Paulus in ſuis ſcripſit quæſtionibus, ut
filius odio parentis, ex quo progenitus
eſt, exhæredetur, penitus delendum
eſſe ſancimus, ita Juſtinianus conſtituit
in l. 33. §. 1. *C. de Inoff. teſtam.* Urſi-
nus *de ſucceſſ. feudor. part.* 1. *quaſt.* 6.
artic. 3.

V. Nepos à patre ſuo exhæredatus
avo nihilominus ſuccedit, patre enim
de medio ſublato, neque perſona ne-
que elogium ipſi obſtat & proximus
fit

fit avo per ſe hæres; paterna ſucceſſio cum avitâ nihil commune habet; ad avitorum libertorum bona patris exhæredatio filio non nocet, ex Juliani reſponſo, *l.* 10. §. 1. *ff. de bon. libert.* Imo ſi vel patri juſta exhæredationis cauſa fuerit, eam avus quoad ſe remiſiſſe præſumitur, dum ab inteſtato decedens aut aliter exhæredationem non confirmat, *l.* 1. §. 10. *ff. de ſuis & legitim. hæred.* Delommeau *ad Conſ. Andegav. art.* 271. *in fin.* Barry *de ſucceſſ. libr.* 18. *tit.* 1. *num.* 4.

VI. Quamvis etiam patris hæres eſſe nolit, avo tamen ſuccedit; ex juris diſpoſitione locum & gradum patris occupat, perſonâ ejus ſubductâ; utriusque ſeparata hæreditas eſt, acceptari una, repudiari altera poteſt, DD. *ad l.* 3. *C. Unde liberi.*

VII. Deportato filio aut ſervo pœnæ declarato, non minus quam mortuo nepos primum gradum occupat, *l.* 1. §. 8. *ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l.* 29. §. 5. *ff. de Liber. & poſthum.* Si

quâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

quâ pœnâ pater fuerit affectus; ut vel civitatem amittat, vel ſervus pœnæ efficiatur, ſine dubio nepos ejus loco ſuccedit, *l. 7. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 4. §. 2. ff. de bon. libert.* Judicatum refert Delommeau *ad Conſ. Andegav. artic.* 249. *in med.* Moribus noſtris pœnæ ſervitus cum deportatione in deſuetudinem abiit, & ſucceſſionis jura retinent condemnati; nepotes ex filio capitis damnato olim apud Normannos patruus ſecludebat, ſed poſtea uſus per repræſentationem eoſdem unà hæredes fecit, ita ſolemni arreſto declaratum fuit, Chenu *quæſt.* 40. Berault & Godefroy *ad Conſuet. Normann. artic.* 277.

VIII. Repudiatâ hæreditate repræſentatio non admittitur, quia patris obſtat perſona, *l. 1. §. 4. ff. de Suis & legitim. hæred. l. 6. C. de Legitim. hæredib.* Refert quidem arreſtum Joſias Berault *ad Conſuet. Normann. artic.* 243. *circa fin.* quo nepos matre repudiante cum materterâ avo ſucceſſor de-

claratus fuit; ſed rectius Curia Pariſienſis nepotem ab avi hæreditate, quam pater repudiaverat, rejecit addictâ ſoli patruo ſucceſſione, Mornacius *ad l. 7. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Tronçonius *ad Conſ. Pariſ. artic.* 319. Coquille *ad Conſ. Nivern. tit. des ſucceßions artic.* 11 Autumnus *en ſa conference ad l. 6. C. de repud. vel abſtinend. hæred.* Corbin *arreſt.* 64. Buridan *ad Conſ. Veromand. art.* 74.

IX. Quamvis autem vivo patre ad avitam hæreditatem per repræſentationem nepotes venire nequeant adverſus Patruum; communiter tamen exiſtimatum fuit ex Edicto ſucceſſorio eoſdem admittendos eſſe, ſi cum reliquis hæredibus ex ſuo capite in eodem gradu ſint conſtituti, adeo ut vivo patre repudiante adverſus patrueles ſucceſſionis jure gaudeant, Molinæus *ad Conſuet. Cænoman. artic.* 241. Louet *in arreſt. lit. R. cap.* 41. Mornacius & Autumnus *in not. ad d. l.* 7. ſequuntur Tronçonius & Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.*

L² 595-3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Pariſ. artic. 319. Idemque poſt Vaſquium & Chenu docet Barry *de ſucceſſ. libr.* 18. *tit.* 1. *n.* 4. *in med.* Verum equidem noviſſima Juſtiniani Conſtitutio defunctis demum parentibus nepotem avi hæredem facit, *Novell.* 118. *cap.* 1. & ita pleræque Conſuetudines ſimpliciter loquuntur, de nepotibus poſt mortem parentium admittendis, adeo ut hîc quoque patris perſona ipſos, uti in eâdem lineâ exiſtentes ſecludat; Repudiatio etiam negativa de hæreditate diſpoſitio quodammodo dici poteſt; Præallegati DD. ex ſolo Prætoris beneficio tuentur nepotis cauſam, cum tamen mores rejectis bonorum poſſeſſionibus, nullam niſi ex lege ſucceſſionem agnoſcant Prætorii juris auxilium ignorantes, Giphanius, Vinnius, Groenewegen *ad tit. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.*

X. Mater acceptâ dote paternæ hæreditati renunciat; eâ defunctâ ad avita bona cum avunculis nepotes adſpirant, repudiato maternæ ſucceſſionis L²-596-6

 jure;

jure; eos uti ex infectâ radice progna-
tos removeri ſæpius judicatum eſt,
Choppinus *de Privileg. Ruſticor. libr.* 3.
part. 2. *cap.* 7. *num.* 5. Annæus Rober-
tus *rer. judicatar. lib.* 2. *cap.* 5. Moli-
næus *ad Conſuet. Bituric. tit.* 19. *artic.*
33. Labbæus *ad eund. artic.* 33. Cha-
rondas *ad Conſuet. Pariſ. artic.* 308.
& 319. Mainardus *libr.* 4. *deciſ.* 23.
Veſtius *arreſt.* 98. Chenu *quæſt.* 26.
Guerinus *ad Conſuet. Pariſ. artic.* 308.
Boguet *ad Conſuet. Burgund. tit.* 3.
§. 5. *&* 6. ubi cum judicato adducit
ſpeciale in hanc rem ſui Principis E-
dictum; ita quoque recentioribus ar-
reſtis concluſum narrat Montholo-
nius *arreſt.* 11. *&* 79. Contrarium ve-
ro poſt plurimos DD. relatos defen-
dit Blaſius Robles *de repræſentat. libr.*
2. *cap.* 16. alios longâ ſerie collegit &
ſequitur Harpprechtus *ad Princip. Inſt.*
de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. num.
142. Quæ quidem juri convenientior
opinio eſt, etiamſi nepotes matri hæ-
redes extiterint; quia tacita ineſt con-
ditio,

ditio, ſi vivæ matri delata fuerit hæreditas, nullum enim jus filiæ competit, niſi patri ſupervixerit; ſuo, non alieno juri renunciaſſe cenſeri debet; quamobrem nepotes etiam matris hæredes, ſub collationis tamen onere, per repræſentationem hîc admittendi ſunt, ita à Senatu Sebuſiano, Cathalaunico, & Brabantiæ Curiâ deciſum extat, Faber *in C. S. libr.* 2. *tit.* 3. *def.* 14. Fontanella *de pact. antenupt. clauſ.* 9. *gl.* 1. *part.* 1. *num.* 61. *in fin.* Deckherus *libr.* 2. *diſſertat.* 11. *num.* 41. *verſ. primus eſt.* Fuſius idem proſequuntur Kellenbentz *de renunciat. ſucceſſ. quæſt.* 33. & D. Weſel *de Connubial. bonor. ſociet. tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 139. *& ſeqq.*

XI. Sin autem non ſimpliciter, ſed pro ſe & hæredibus ſuis expreſſè mater renunciaverit, excludendi ſunt nepotes ſi matri velint hæredes exiſtere, non enim jam conditionalis eſt renunciatio, ſed facti & promiſſi præſtatio, ad quam hæredes validè obliga-

 vit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

vit, *l.* 14. *C. de Rei vindicat.* Vincentius de Franchis *deciſ.* 67. Faber *d. def.* 14. *in med.* Kellenbentz *d. quæſt.* 33. *num.* 46. *& ſeqq.*

L² 596-6 XII. Quod de renunciatione diximus, idem dicendum eſt ſi filius præteritioni in teſtamento paterno conſenſerit; nam & hîc ſubeſt conditio, ſi patri ſupervixerit; juri non competenti fruſtra quis renunciat, adeo ut nepotibus integrum maneat, patre ante teſtatorem defuncto, avitas tabulas impugnare, deciſum refert Carpzovius *part.* 3. *Conſt.* 10. *def.* 4.

CAPUT II.

De Repræſentatione quoad aſcendentes.

I. *In lineâ aſcendenti nulla repræſentatio eſt.*

II. *Per modum tamen repræſentationis hæreditas dividitur.*

III. *An bonorum hîc detur diſtinctio.*

IV. *An fratrum filii cum avo per repræſentationem patruo ſuccedant.*

V. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

V. *Quid Moribus obtineat.*

VI. *Nonnulli etiam nepotes ex uno latere cum avo per repræſentationem admittunt.*

VII. *Statutum Ultrajectinum* Rubr. 23. art. 26. *ulteriores quoque aſcendentes complectitur.*

I. EUm, à quo non ſis genitus, repræſentare vix rationis eſt, cum nullam ab ipſo ſubſtantiam habeas; defuncto filio prærogativâ gradus ſucceditur; nec ulla inter aſcendentes repræſentatio eſt, *Auth. defuncto C. ad S^tum Tertull. Novell.* 118. *cap.* 2. Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 17. *def.* 8. Mevius *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 2. Mater itaque avum paternum, pater avum maternum & ſic ulterius ab hæreditate removent, Mainardus *libr.* 6. *deciſ.* 95. Gomezius *ad Leg. Taur.* 6. *num.* 6. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 101.

II. Licet autem repræſentatio inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

aſcendentes non obtineat, in æquali tamen gradu conſtituti per genera & repræſentationis modo ſeu quaſi per ſtirpes veniunt; Avus & Avia materni cum avo paterno concurrentes non in tres portiones, ſed duos tantum ſemiſſes hæreditatem dividunt, quorum una pars avo & aviæ maternis, altera ſoli avo paterno dabitur, *Novell.* 118. *c.* 2. Argentræus *ad Conſuet. Britann. artic.* 561. *gl.* 1. *num.* 1. Barry *de ſucceſſ. libr.* 18. *tit.* 2. *num.* 1. Tuldenus *ad libr.* 6. *C. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 5. Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 17. *def.* 3.

L² 599-11
III. Hæc porro inter aſcendentes in ſtirpes diviſio abſque ullâ bonorum diſtinctione facienda eſt, nec paterna paternis, materna maternis deferenda ſunt; Noviſſima Juſtiniani Conſtitutio eam diſtinctionem non agnovit; unicum tantum per confuſionem defuncti patrimonium eſt, ita à Senatu Sebuſiano deciſum refert Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 31. *def.* 2.

à Par-

à Parlamento Burdigalenſi Autumnus *en ſa conference ad Auth. defuncto C. ad Sctum Tertull. verſ. ſæpe controverſum eſt.* à Camerâ Imperiali Mynſingerus *cent.* 6. *obſerv.* 55. à Scabinis Lipſienſibus Colerus *part.* 1. *deciſ.* 47. *nu.* 5. Idem docent Zans *de diviſ. bonor. libr.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſtat. libr.* 7. *cap.* 4. *concl.* 4. *nu.* 12. *& ſeqq.* Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 19. *nu.* 19. *& ſeqq.* Tuldenus *d. cap.* 5.

IV. In patrui hæreditate fratrum filii per repræſentationem cum avo concurrunt; exiſtimat quidem Cujacius *ad Novell.* 118. eos, ſi ſoli ſint, ab avo excludi, admittendos autem ſi defuncti frater germanus ſuperſit, & ita Curia Tholoſana cenſuit, Mainardus *libr.* 7. *deciſ.* 21. Verius tamen eſt utrobique etiam ſolos per repræſentationem cum avo in ſtirpes venire; utroque caſu eadem ratio eſt; voluit Imperator ut fratrum filii pariter ad imitationem fratrum, etiam extantibus aſcendentibus ſuccedant, *Novell.*

127. *cap.* 1. Judicatum profert Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 5. & communiter placuiſſe ſcribit Mevius *ad Jus Lubecenſ. part.* 2. *tit.* 2. *articul.* 1. *num.* 47. Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 23.

V. Moribus hujus Diœceſios à jure civili hîc receſſum eſt; fratrum enim filii cum avo per repræſentationem patruo non ſuccedunt, quippe qui ipſos cum reliquis defuncti fratribus excludit, *Statut. Ultraject. Rubr.* 23. *artic.* 26. Ita etiam ſtatuunt Veluani, *cap.* 31. *artic.* 2. Zutphanienſes, *tit.* 17. *artic.* 1. & 3. Idem ſervant Saxones, Berlichius *part.* 3. *concl.* 23. *num.* 10. uti Lege Regiâ apud Hiſpanos quoque cautum eſt, Lopes & Gomezius *ad Leg. Taur.* 7. Idem aliorum mores ferunt; quorum tamen nonnullis diverſum placuit interrupto mortalitate conjugio.

VI. Sunt qui matrimonio morte alterutrius ex conjugibus diſſoluto non tantum fratrum filios, ſed & nepotes etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

tiam ex uno latere, quatenus defun- ctum contingunt, cum avo per repræ- ſentationem patrui hæredes declarant, adhibitâ tamen ſuprà relatâ Cujacii & Mainardi diſtinctione, ſi ſcilicet frater defuncti germanus extet, *Placcaet van Holland op de ſucceſſ. de anno* 1599. *artic.* 3. Alii vero fratrum filiis repræſentationem hîc concedunt, licet vel ex uno tantum latere ſuperſit defuncti frater, *Landr. van Overyſſel part.* 2. *tit.* 6. *artic.* 5.

VII. Statutum Ultrajectinum *Rubr.* 23. *artic.* 26. de patre & matre duntaxat loquitur, ſed juſtâ interpretatione monet Juriſconſultus ſub filio nepotem, & patris nomine avum demonſtrari, *l.* 201. *ff. de verb. ſignif.* Barboſa *de verbor. appellat. cap.* 190. Idem ex finitimis Veluani & Zutphanienſes, quibus unum ferè nobiſcum ſucceſſionis jus eſt, expreſsè ſtatuunt, *cap.* 31. *art.* 2. *& tit.* 17. *artic.* 1. *&* 3. Eodem modo Saxones ſuas in inteſtati ſucceſſione Conſtitutiones explicant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

plicant, Colerus *part. 1. deciſ. 47. n. 3.* Fachſius *differ. 24.* Reinhartus *part. 1. differ. 29.* De ſimili Pariſiorum lege agit Choppinus *de Privileg. Ruſtic. libr. 3. part. 3. cap. 8. num. 6.*

CAPUT III.

De Repræſentatione in lineâ collaterali.

I. *A quo introducta ſit hæc repræſentatio.*

II. *Ex ſcriptâ conſuetudine, non autem ex jure Romano plerique eam habent.*

III. *Multi repræſentationem non agnoſcunt.*

IV. *Alii in infinitum eam extendunt.*

V. *Ultra nepotes jure civili & plerisque moribus locum non habet.*

VI. *Quarè in fratrum filiis repræſentatio terminetur.*

VII. *Uno gradu ulterius apud Hollandos procedit.*

VIII. *Roterodamenſium privilegium.*

IX. *Patrueles in Hollandiâ etiam repræſentatione gaudent.*

X. *De conſobrino vel patruele in furo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

re defunčto.

I. In ſtatutorum diverſitate quomodo conſideretur repræſentatio.

II. De mutatione domicilii.

IIII. De domicilio mortui quoad repræſentationem.

IV. Nepotes ſoli in capita, non in ſtirpes ſuccedunt.

V. De diviſione hæreditatis, ubi inter tranſverſales in infinitum repræſentatio procedit.

XVI. Nepotes per repræſentationem defuncti thios excludunt.

XVII. Quomodo hoc caſu bona dividant.

XVIII. Quousque apud alios detur patruorum excluſio.

XIX. Semper rectâ procedit repræſentatio.

I. IUre civili & duodecim tabularum lege proximior inter collaterales excluſit remotiores nullâ repræſentatione admiſsâ, §.6. *Inſt.de legitim. agnat. ſucceſſ. l. 3. C. de legitim. hæred.* Imperator Juſtinianus primus fuit, qui contra unanimes veterum Juriſcon-

riſconſultorum ſententias nepotes per modum privilegii una cum patruis ad defuncti hęreditatem in ſtirpes vocavit, *auth.ceſſante C. de ſuis & legitim. hæred. Novell.* 118. *cap.* 3. *Novell.* 127. Franciſc. Balduinus *in Juſtiniano libr.* 4. *in expoſit. Novell.* 118. *verſ. quod autem tribuit fratribus.* Autumnus *en ſa conference ad l.*3.*C. de legit. hæredib.* Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 3. *n.* 5. Cum enim nec vitam nec ſanguinem nepotes à patruo ducant, neque proximi reperiantur, non tam juris communis aut ſola naturæ ratio, quam Imperatoria potius liberalitas eoſdem una hæredes fecit, Grivellus *deciſ.* 40. *n.* 20. Spino *de teſtament. gl.* 1. *nu.* 44. *&* 45. Kellenbentz *de renunciat. ſucceſſ. quæſt.* 33. *nu.* 10.

II. Vix uſquam ex jure Romano tranſverſalis repræſentatio locum invenit, ſed ex ſcriptâ cujuſque populi lege; de Hiſpanis ubique obvium eſt apud eos, qui de majoratu ſeu primogeniis ſcripſére; Gallis præcedenti ſæculo potiſſimum innotuit, à Conſue-

tudinum

[..]dinum Reformatoribus ſtabilita, ut
[..]ius Gentis ſcriptores paſſim tradunt.
[..]i Germaniâ Carolus Quintus anno
[.]521. Wormatienſibus Comitiis re-
[..]æſentationem primum introduxit,
[.]arpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 18. *def.* 2.
[.]levius *ad Jus Lubecenſ. part.* 2. *tit.* 2.
[..]*rt.* 7. *num.* 26. Apud vicinas quoque
[..]ationes ex Principum Edictis obti-
[.]uit; à Guilielmo Juliacenſi anno 1540.
[.]eluanis conceſſa, poſtea anno 1564.
[.]æſareâ Conſtitutione ibidem confir-
[.]nata fuit, *Landr. van Veluwe cap.* 31.
[..]*rt.* 5. Ita Zutphanienſes eandem quo-
[.]ue habent, *Landr. ibid. tit.* 17. *art.* 3.
[.]x ſcriptis Moribus Tranſiſulani rece-
[.]erunt, *part.* 2. *tit.* 6. *artic.* 7. Hollan-
[.]li Politicâ ſuâ Ordinatione anno 1580.
[.]epræſentationem corroboravére, *art.*
[.]8. Quamvis ea in nonnullis ibidem
[.]ocis antea in utrâque lineâ in infini-
[.]um obtinuerit, uti habent Conſue-
[.]udines juſſu Ducis Albani per Dor-
[.]dracenos collectæ, *art.* 3. quas refert
Oudenhovius *in Hollandiâ Auſtrali*
pag. 530.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

pag. 530. Serius autem noſtra Diœceſis anno 1594. ſpeciali Edicto moribus hanc vicariam ſucceſſionem tandem inſeruit.

III. Nonnullæ in Galliâ Civitates retinuere jus vetus, nec ullam in collateralibus admittunt repræſentationem; ita etiam obſervant Arragones, Seſſe *deciſ.* 61. *in fin.* Longobardi, Viſconti *ad Vincent. de Franchis deciſ.* 375. Lovanienſes, Wameſius *cent.* 6. *conſ.* 67. *num.* 1. Tornacenſes *tit.* 25. *artic.* 2. Flandro Inſulani, *cap.* 1. *artic.* 16. Duâcenſes, *cap.* 1. *artic.* 7. Sylvæducenſes, *tit. van verſterffeniſſe art.* 5. Idem de aliorum moribus tradit Gudelinus *de jur. noviſſ. libr.* 2. *cap.* 15. *circa fin.* Carolinam Conſtitutionem nunquam Saxones recepére, denegatâ repræſentatione, Schneidwinus *ad princip. Inſtit. de hæred. quæ ad inteſt. defer. Rubr. de tert. ordin. ſuccedend. collateral. num.* 14. Berlichius *part.* 3. *concl.* 24. *num.* 17. Ita ex decreto Childeberti Regis ad Legem Salicam inter

colla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

collaterales nepos patris perſonam non induit, Pythæus *ad Conſuet. Trecenſ. artic.* 92. Duret *ad Conſuet. Aurelian. artic.* 304.

IV. Alii vero in infinitum repræſentationem extendunt, uti Britanni, Argentræus *ad Conſuet. Britann. art.* 559. Pictones, Petrus Rath *ad Conſuet. Pictav. art.* 277. Andegavenſes, Delommeau *ad Conſuet. Andium, artic.* 225. Cœnomani, Corbin *areſt.* 64. *in addit.* Turonenſes, Peleus *quæſt. illuſtr.* 136. Arverni, Beſſianus *ad Conſuet. Arvern. cap.* 12. *artic.* 9. Antverpienſes, *tit.* 47. *artic.* 20. Brugenſes, *tit.* 8. *artic.* 2. Bruxellenſes, *tit. van Succeſſien, artic.* 278. Gandenſes, *Rubr.* 26. *artic.* 13. Aldenardenſes, *Rubr.* 23. *artic.* 20. Aloſtenſes, *Rubr.* 20. *artic.* 44. Teneramundani, *Rubr.* 16. *artic.* 16. Caſletenſes, *artic.* 309. Bellenſes, *Rubr.* 8. *artic.* 10. Sluſâ Flandri, *Rubr.* 25. *artic.* 2. Idem generaliter Flandriæ ac Waſiæ territorio Rex Philippus Edicto ſuo præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ſcripſit, 29. *Maji* 1556. Zypæus *in notit. Jur. Belgic. tit. Unde liberi, in med.* Quod iterum 16. *Maji* 1615. confirmatum eſt, *Coſtuymen van 't Land van Waes Rubr.* 2. *artic.* 8. & plerisque recentioribus Civitatium in Flandriâ ſtatutis cautum extat.

V. Solis fratrum & ſororum liberis hoc privilegium Imperator Juſtinianus largitus eſt; quæ ſententia frequentioribus aliarum gentium calculis comprobata fuit; poſt eos omnes gradu proximiores ſuccedunt, ceſſante omni repræſentationis jure, *Novell.* 118. *cap.* 3. DD. *in auth. poſt fratres C. de Legitim. hæred.* Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 29. Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 17. *def.* 4. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 3. *num.* 5.

VI. Quarè in fratrum filiis terminetur repræſentatio, in deſcendentibus finem non habeat, diſcutit Antonius Faber *de error. pragmatic. decad.* 55. *error.* 1. Parentium hæreditatem natura liberis addicit; domini rerum pater-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

paternarum quodammodo audiunt, nulla inter fratres neceſſaria ſucceſſio eſt; alter ab altero ſanguinem non trahit, Schneidwinus *ad tit. Inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſt. tit. de primo ordine ſuccedendi num.* 22. Tuldenus *ad C. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 8. Quod autem filii tantum, non etiam fratrum nepotes hoc jure gaudeant, præcipuum in ſolo legiſlatoris beneplacito fundamentum habet, prout nonnullorum mores ad pronepotes aliosque in collateralibus repræſentationem porrexére.

VII. Uno gradu ulterius, quam jus civile proceſſerunt Hollandi, & in patrui hæreditate nepotes cum fratrum filiis per repræſentationem in ſtirpes admittunt, *Polit. Ordonnant. artic.* 28. *Placcaet op de Succeſſie artic.* 3. 4. 5. *&* 12.

VIII. Roterodamenſes ex privilegio ab Ordinibus ad ipſorum petitionem anno 1604. conceſſo obtinuerunt, ut ibidem intra Civitatem re-

præſentatio locum habeat per duos gradus ulterius, quam commune jus patrium apud illos permiſit, quod latius explicat Grotius *in manuduct. libr.* 2. *part.* 28. *num.* 24.

Placuit porro Hollandis repræſentatio, cujus vigore patruorum & avunculorum quoque filii cum aliis defuncti thiis ad hæreditatem per ſtirpes veniunt, parentem etiam uno tantum latere defuncto conjunctum repræſentantes, *Polit^e. Ordonnant^e. artic.* 24. 28. *Placcaet op de Succeſſien artic.* 9. Jure alioquin civili nunquam patrueles repræſentant, neque cum defuncti thiis concurrunt, *l.* 6. *C. Commun. de ſucceſſ. Novell.* 118. *cap.* 3. §. 1. Ita ſe reſpondiſſe anno 1565. teſtatur Molinæus *ad Conſuet. Chalon. artic.* 82. & obſervari ſcribit Pythæus *ad Conſuet. Trecenſ. artic.* 92. Buridan *ad Conſuet. Veromand. artic.* 154. Judicata exhibent Theſſaurus *libr.* 2. *quæſt. forenſ.* 63. Veſtius *arreſt.* 80. Chriſtinæus *ad Leg. Mechlin. tit.* 16. *artic.* 9. *in additam.*

tam. Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 18. *def.* 20. Idemque obtinet, etiamſi ex uno tantum latere patruus defuncto fuerit conjunctus, Parladorius *rer. quotidian. libr.* 2. *cap.* 15. Ranchinus *de ſucceſſ. ab inteſtat.* §. 13. *num.* 19. Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 24. Deciſum referunt Boërius *deciſ.* 302. Pythæus *d. artic.* 92. *in fin.* Duret *ad Conſuet. Aurelian. artic.* 304. Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *defin.* 2.

X. Titius relictâ materterâ Gajâ & Mevio conſobrino furioſus deceſſit; ea propter repræſentationis defectum totam poſtulat hæreditatem; obtendit Mevius prædefunctæ ſuæ materteræ ſeu Titii matris, non ipſius proximitatem ſpectandam eſſe; ad prædefuncti enim proximos hæreditas revertitur ac ſi furioſus in medio non fuiſſet ex Juſtiniani Conſtitutione, *l. ult.* §. 8. *C. de Curat. furioſ.* A tribus Friſię Senatoribus ex partium compromiſſo reſponſum fuit etiam Mevium per repræſentationem hæredem eſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 9. Cum autem hodiè exploſâ Juris Romani ſubtilitate hæreditatis dominium furioſus acquirat, rectè à moribus noſtris alienam hanc arbitrorum ſententiam demonſtrat Groenewegius *ad d. l. ult.*

L² 610-35 XI. Quod ſi repræſentatio in uno loco obtineat, in altero ſit incognita, aut in infinitum inter collaterales hîc procedat, alibi vero ad nepotes aut pronepotes terminetur, ſecundum cujusque rei ſitæ locum ſeu conſuetudinem repræſentatio ſpectanda eſt, Charondas *libr.* 3. *arreſt.* 20. Valla *de Reb. dub. tract.* 20. *num.* 44. *in fin.* Duret. *ad Conſuet. Aurelian. artic.* 304. Bouvot. *part. ultim. verb. legitime ſucceſſion quæſt.* 5. Buridan *ad Conſuet. Veromand. artic.* 76. Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 7. Quoad mobilia autem licet in loco exiſtant, ubi repræſentatio ne quidem inter deſcendentes obtinet, nihilominus per repræſentationem dividuntur, ſi ea in loco domicilii defuncti obſervetur,

arreſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

rreſtum profert Chriſtinæus *vol.* 1. *leciſ.* 118. *num.* 13.

XII. Sempronius matrimonium contrahit, pactis dotalibus cautum uit, ut diſſoluto ſine liberis thoro proximi ab inteſtato ſuccedant; poſtmodum ex Hollandiâ in hanc Provinciam lares transfert, & improlis moritur; ſoli fratrum filii hæreditatem diviſuri ſunt, excluſis nepotibus, qui retento priore domicilio per repræſentationem unà fuiſſent admiſſi; quod & vice versâ locum habet, ſi non aliud rei ſitus diſponat, Rodenburch *de jur. quod orit. ex ſtatut. diverſit. tit.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.

XIII. Trajectinus quidam diu in Hiſpaniâ inſtitor, poſtea Amſtelodami propria geſſit negotia, & ibidem cælebs defungitur; in caſu repræſentationis non Hollandorum ſed Civitatis Ultrajectinæ leges ſpectandas eſſe, & ex uno latere nepotes cum germanis defuncti fratribus loco genitoris ſui æqualiter admittendos reſponſum ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

tat, *Conſult. Juriſc. Batav. part.* 5. *conſ.* 85. Solâ ad negotiandum habitatione domicilium originis non alteratur, *l.* 17. §. 13. *ff. ad Municipal. l.* 3. *C. de Incol.* Leoninus *conſ.* 54. *num.* 2. Burgundus *ad Conſuet. Flandr. tract.* 2. *num.* 33. & 34. Qui enim apud alios revertendi animo degunt, ne quidem longiſſimo tempore domicilium contrahunt, Maſcardus *de Probat. concl.* 534. *num.* 13. Barboſa *ad l.* 65. *ff. de Judic. num.* 58. Amaya *ad l.* 7. *C. de Incol. num.* 99.

XIV. Si cum patruo nepotes concurrant, in ſtirpes fit diviſio; ſed an idem obtinebit, ubi ſoli inter ſeſe ſuccedunt? ea quidem Accurſii aliorumque Veterum fuit ſententia, quos recenſet & ſequitur Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. libr.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Gomezius *ad Leg. Taur.* 8. *num.* 13. Cancerius *variar. reſol. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 12. Valaſcus *de jur. emphyt. quæſt.* 50. *n.* 3. Caldas Pereira *libr.* 1. *quæſt. forenſ.* 19. *num.* 28. Sonsbekius *de feudis part.* 9. *concl.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

concl. 6. *num.* 100. & *ſeqq.* Robles *de Repræſentat. libr.* 2. *cap.* 26. Vinnius *libr.* 2. *quæſt.* 30. Ita in Curiâ Grationopolitanâ deciſum fuit, Vidus Papius *deciſ.* 134. & ſecundum Conſuetudines Burbonias judicatum refert Montholon *arreſt.* 49. Uti etiam ex moribus Pictonum aliquoties obtinuiſſe narrat Petrus Rath *ad Conſuet. Pictav. artic.* 280. *in verb. car tous ſuccedent.* Speciali tractatu idem defendit Antonius Faber. Refert Molinæus *in not. ad Alexandr. vol.* 4. *conſ.* 55. hoc communiter DD. placuiſſe, donec Fortunius Garſias & Udalricus Zaſius hanc ſententiam impugnaverint. Utrobique autem jam ferè receptum eſt nepotes inter ſeſe ſolos in capita, non ſtirpes patruo ſuccedere; extat de hoc Caroli Quinti Edictum in Comitiis Spirenſibus anno 1529. latum, quod exhibet Forſterus *d. cap.* 3. Idem in hâc Diœceſi & apud finitimos expreſsè

conſtitutum eſt; Ita judicavit Curia Pariſienſis, Choppinus *de Privileg. ruſtic. libr.* 3. *part.* 3. *cap.* 8. *n.* 8. Normannica, Berault *ad Conſuet. Normann. art.* 320. Dolana, Grivellus *deciſ.* 130. Taurinenſis, Theſſaurus *deciſ.* 162. *in fin.* Tholoſana, Mainardus *libr.* 6. *deciſ.* 92. *nu.* 2. Burdigalenſis, Autumnus *en ſa conference ad auth. Ceſſante C. de Legitim. hæredib.* Camberinenſis, Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 31. *def.* 1. Mechlinienſis, Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 194. Neapolitana, Paſchalis *de virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 9. *nu.* 16. Leodienſis, Mean *obſerv.* 74. *nu.* 13. Rota Romana, Michalorius *de fratrib. part.* 3. *cap.* 15. *nu.* 15. Camera Spirenſis, Mynſingerus *Cent.* 3. *obſerv.* 94. Cavit ſolummodo Imperator ne gradu remotior nepos per patruum excludatur, conceſsâ repræſentatione, *Novell.* 118. *cap.* 3. §. 1. In relitatione, quo illibatum remanſit jus vetus; quo nepotes inter ſe patruo in capita ſuccedunt, §. 4. *Inſt. de legitim. agnat. ſucceſſ. l.* 2. §. 2. *ff. de Suis & legitim. hæred. l.* 1. §. *ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

§. ult. ff. Si pars hæredit. petat. l. penult. in fin. & l. ult. C. de Legitim. hæred.

XV. Neque aliud mihi dicendum videtur repræſentatione inter tranſverſales in infinitum productâ; exiſtimat quidem Beſſianus in hujuſmodi Conſtitutionibus etiam in gradu æquali per ſtirpes diviſionem faciendam eſſe, *ad Conſuet. Arvern. cap.* 12. *artic.* 9. *num.* 8. Idem de Moribus Pictonum judicatum tradit Petrus Rath *ad Conſuet. Pictav. d. artic.* 280. In bonis in Arverniâ ſitis, ubi repræſentatio in infinitum procedit, Curia Pariſienſis nepotes patruo in ſtirpes, in reliquis per capita hæredes declaravit, Barnabas le Veſt *arreſt.* 129. Nulla quidem de æqualitate aut inæqualitate graduum in ſtatuto extat diſtinctio, attamen nihil aliud hîc intenditur; niſi quod in fratrum filiis repræſentatio non terminetur, aliis caſibus juri veteri relictis; Excluſionis præventio præcipuus repræſentationis ſcopus eſt; diviſionis inde modus demum pro-

profluit; Succeſſionem format repræſentatio, non portiones, niſi ex concurſu; In Ducatu Burgundiæ indefinitè collaterales ſuccedunt, quamdiu repræſentatus in eodem gradu fuerit cum eo, cum quo repræſentantes concurrunt, Chaſſanæus *ad Conſuet. Burgund. Rubr.* 7. §. 10. Uti apud Cortracenſes quoque conſtitutum eſt, *Rubr.* 15. *artic.* 31. Has Conſuetudines rectè interpretatur Bouvot, ut in pari gradu nepotes per capita ſuccedant, in ſtirpes vero ſi pronepotes cum iiſdem concurrant, eo enim caſu deſideratur repræſentatio, *part.* 2. *verb. ſucceſſion quæſt.* 4. Prævalet nihilominus pro more cujusque populi ex uſu recepta diviſio.

XVI. De fratrum filiis, num defuncti thios per repræſentationem excludant, dubitatum fuit; ſi cum patruis ſuis hæredes ſint, communiter placuit excluſio; ſin autem ſoli ſuccedant, nonnulli ſecus ſtatuunt, cum ex ſuo capite venientes repræſentatione

tone non indigeant, & lex ipſos ut
i tertio gradu conſtitutos æqualiter
um thiis admittat, *l. ult.* §. 3. *C. de*
egitim. hæred. Choppinus *ad Leg.*
Andium libr. 3. *tit.* 1. *num.* 21. *circa*
n. in not. Coquille *ad Conſuet. Ni-*
ern. tit. des ſucceßions art. 8. Mantica
e tacit. & ambig. convent. tom. 3. *libr.*
3. *tit.* 30. Verum contra juris veteris
ationem nepotes quoque ſolos defun-
ti patruum excludere voluit Impera-
or, *Auth. poſt fratres C. de Legitim. hæ-*
ed. Novell. 118. *cap.* 3. *verſ. illud pa-*
am. Gomezius *ad leg. Taur.* 8. *num.* 14.
Lans *de diviſ. bonor. lib.* 4. *cap.* 7. *num.*
4. Grivellus *deciſ.* 40. *num.* 3. & 18.
Robles *de repræſentat. libr.* 2. *quæſt.* 25.
Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 6. *verſ. nec*
nutat. Ita apud nos poſt receptas vi-
cariæ ſucceſſionis leges ex jure com-
muni intelligendus eſt Statuti Ultra-
ectini articulus 27. *Rubr.* 23. quo pro-
ximi vocantur ad hæreditatem. Hoc
etiam modo Galli ſuas de repræſenta-
tione Conſtitutiones interpretati ſunt,
Molinæus

Molinæus *ad Conſuet. Veromand. artic.* 75. Valla *de reb. dub. tract.* 20. *num.* 44. Barry *de ſucceſſ. libr.* 18. *cap.* 3. *num.* 5. *in fin.* Deciſum refert Veſtius *arreſt.* 165.

XVII. Succeſſionem operatur repræſentatio; ex hæredum vero concurſu inter collaterales ſequitur bonorum diviſio; ubi remotior cum proximiore admittitur, in ſtirpes, ne ſcilicet ejus, cum quo ſucceditur, per repræſentationem minuatur portio; ſin vero tranſverſales in eodem gradu concurrunt, nulla ratio eſt, cur qui æquè proximi ſunt & naturâ & lege diverſas ex repræſentatione portiones conſequantur. In capita itaque inter fratrum filios hîc facienda diviſio eſt; ſubmoto defuncti patruo repræſentatio magis locum ſeu gradum reſpicit, quam portiones, uti non obſcurè Juſtinianus conſtituit, *Novell.* 118. *cap.* 3. *verſ. illud palam.*

XVIII. Apud quos porro vicaria ſucceſſio in collateralibus in infinitum proce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

[p]rocedit, non tantum à fratrum filiis [d]efuncti thii excluduntur, ſed etiam [à] nepotibus & pronepotibus, quo uſ[q]ue ſe repræſentatio extendit; hi enim [o]mnes tunc gradum & perſonas fra[t]rum induunt; cum alioquin defun[ct]i patruus uti gradu proximus reli[q]uos præter fratrum filios ab hæredi[ta]te ſubmoveat, quia jure civili & ple[r]iſque Moribus ulterius ceſſat repræ[ſe]ntationis beneficium, uti ſuperius [a]nnotatum fuit.

XIX. Generaliter quoad repræſen[ta]tionem obſervandum eſt ſemper eam [r]ectà procedere, nunquam autem re[t]rogradè, uti ſcripſit Molinæus *ad* [C]*onſuet. Cœnoman. artic.* 41.

CAPUT III.

SECTIO I.

[I]. *Repræſentatio requirit mortem ſeu naturalem ſeu civilem.*

[I]I. *Fratre hæreditatem repudiante filius*

lius non admittitur.

III. *An factâ renunciatione creditores hîc venire queant.*

IV. *Ex repræſentatione æri alieno nemo obligatur.*

V. *An repræſentatio locum habeat ſi pater deliberans ante aditam hæreditatem deceſſerit.*

VI. *Quid de nepotibus ex fratre, qui publicè capite plexus eſt.*

VII. *De natis ex Matrimonio bonâ fide & ignoranter cum adultero inito.*

VIII. *An in caſu fratricidii nepotes patrem repræſentent.*

IX. *Patruo renunciante an nepotes in ſtirpes veniant.*

X. *Quid ſi ex crimine aut Monaſterii ingreſſu patruus incapax hæreditatis fiat.*

XI. *De fratribus naufragio pereuntibus, quis in dubio prædeceſſiſſe præſumatur quoad repræſentationem.*

XII. *Mortuo Titio, cujus frater an vivat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

vat incertum eſt, quomodo nepotes hæreditatem dividant.

XIII. *De morte dubiâ in caſu repræſentationis per ſtatutum ſecluſæ.*

XIV. *An rupto per querelam fratris teſtamento nepotes cum patruis ſuccedant.*

I. MOrtuorum, non viventium repræſentatio eſt; mortem ſeu civilem ſeu naturalem perſonæ repræſentandæ in utrâque lineâ hoc jus præſupponit, *l. 7. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 1. §. 4. & ſeqq. ff. de ſuis & legitim. hæred. Novell. 118. c. 1. & 3.* Molinæus *ad Conſuet. Cœnoman. artic.* 241. Labbæus *ad Conſ. Bituric. tit.* 19. *art.* 6. Coquille *ad Conſuet. Nivern. tit. des ſucceſſions art.* 11. Bacquet *des droicts de Juſtic. cap.* 21. *n.* 259. Autumnus *en ſa conference ad l. 7. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Corbin *arreſt.* 64. Stockmans *de jur. devolut. cap.* 5. *num.* 7.

II. Fraternam itaque hæreditatem L² 595-3

ſi pater repudiaverit, repræſentationis jure filius non venit, quia patris obſtat perſona, deciſum refert Choppinus *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *titul.* 5. *num.* 10. Charondas *ad Conſuet. Pariſ. artic.* 320. Godefroy *ad Conſuet. Normann. artic.* 304. *in med.* Neque aliud dicendum eſt, ſi filius repudiantis non cum patruo, ſed cum nepotibus in eodem gradu exiſtentibus concurrat; quaſi jam ſuo, non repræſentationis jure hæreditatem capiat, uti poſt Covarruviam voluit Zans *de diviſ. bonor. libr.* 4. *cap.* 7. *num.* 8. Barry *de ſucceſſ. libr.* 18. *tit.* 3. *num.* 1. *in fin.* Mean *ad jus Leodienſ. obſerv.* 102. *nu.* 4. Utrobique enim eadem ratio eſt, ſicuti latè deducit Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 28. Cenſuit Curia Mechlinienſis patruum multis liberis dotatum non poſſe repudiare fraternam hęreditatem in præjudicium nepotum, ut in capita fiat ſucceſſio, Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 194. *num.* 13. Alii etiam cum patruo repudiantis filium ad-

mittunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

mittunt, cum illi non accreſcat hæreditas, & mortis vicem ſuppleat repudiatio, Berlichius *part.* 3. *concl.* 24. *num.* 9. Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. libr.* 8. *cap.* 9. *num.* 4. Mevius *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *artic.* 7. *num.* 29. Sola patris exiſtentia hæc diluit; & in legitimis hæreditatibus hoc quoque caſu accreſcendi jus eſt, *l.* 9. *ff. de ſuis & legitim. hæred. l.* 1. §. 9. *ff. ad SC^tum^ Trebell.* deciſum refert Buridan *ſur les Couſtum. de St. Quentin artic.* 53. *verſ. que ſi le fils.*

III. Mater obærata fraternæ hæreditati renunciat, ſpe aut tacitâ fide, ut per avunculos ipſius liberis fiat gratificatio; creditores inſtant non valere renunciationem in ipſorum fraudem excogitatam; Judicatum fuit non nepotes per repræſentationem aut avunculos jure accreſcendi, ſed creditores repudiantis loco admittendos eſſe, quatenus cujusque creditum ſe extendit, datâ pro indemnitate per eoſdem cautione, Bacquet *des droicts*

de Juſtic. cap. 21. *num.* 359. idem refert Mornacius *ad l.* 68. §. 1. *ff. pro ſocio.* & exornat Corbin *arreſt.* 17. *in med.* Gallorum moribus hæreditatis renunciatio in gratiam creditorum indiſtinctè reſcinditur; Mátre repudiante etiam nepotes ab aviæ ſucceſſione repulſi ſunt, admiſſis creditoribus; quod & in causâ fiſci, paternæ hæreditati renunciante filio criminis reo, judicatum fuit, uti duplici arreſto probat Belordeau *ad Conſuet. Britann. artic.* 571. Apud nos autem non ſtatim creditori fraus facta præſumitur, ſi quis ſimpliciter acquirendi occaſione non utitur, *l.* 6. *ff. quæ in fraud. creditor.* Groenewegen *ibidem.* Sandius *libr.* 3. *tit.* 13. *def.* 3. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 120. *num.* 19. Quod ſi facto aut miniſterio matris liberi ſeu nepotes hîc quicquam conſequantur, revocatoria actio patefactâ fraude creditoribus ſubvenit; quia jam non nuda renunciatio eſt, ſed in liberorum favorem de repudiatâ

3—1

pudiatâ portione diſpoſitio.

IV. Nepotes quando per repræſentationem cum patruis ſuccedunt, repudiatâ genitoris ſui hæreditate, debitis ipſius inde obnoxii non fiunt; quoad thios paternum gradum ingrediuntur, non quoad extraneos; Imperator fratrum liberis, non creditoribus per repræſentationem prodeſſe voluit; neque iiſdem obfuit, cum devolvenda hæreditas nunquam fuerit in defuncti debitoris patrimonio, eleganter Antonius d'Eſpeiſſes *tom. 2. part. 2. tit. 1. num. 27.* L² 595. 4.

V. Patre repudiante filii quidem per repræſentationem non ſuccedunt; ſed quid ſi ante aditam fraternam hæreditatem, dum deliberat, moritur? Nepotes admittendos cum patruis rectè exiſtimat Berlichius *part. 3. concl. 24. num. 15. Alexander & Surdus ibid. alleg.* Hodiè jus adeundi in bonis numeratur, & non tantum in lineâ rectâ, ſed in tranſverſali quoque delata hæreditas, licet nondum ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ceptata ad poſteros tranſmittitur; ita nepos filio ſuo hæreditatem patrui nondum aditam relinquit, ſeu in ipſum jus adeundi devolvitur, ut licet repræſentationis jure venire nequeat, nihilominus cum ſuperſtite propatruo hæreditatem dividat, Charondas *ad Conſuet. Pariſ.* §. 328.

VI. Plures liberos quis reliquit; unus ex illis inceſtu commiſſo captus, è carcere aufugit; contracto deinde matrimonio exhæredatus ſobolem ſuſcitat; fato fungitur pater, & poſt eum filius primogenitus; accuſatione reſuſcitatâ reus criminis hic iterum peragitur, & illicitam coitionem confeſſus capite plectitur; de hæreditate primogeniti diſceptatio incidit; filii hujus inceſtuoſi ad ſucceſſionem patrui adſpirant; opponunt ſeſe reliqui defuncti fratres, obtendentes patrem ipſorum ante primogeniti deceſſum ex causâ delicti civiliter mortuum partem in hæreditate non feciſſe; eosque removendos eſſe, uti in tali ſtatu ſuſcep-

ſuſceptos; quoniam tamen ante ſententiam ſervus pœnæ nemo efficitur, *l.* 13. §. 2. *ff. qui teſtam. facer. poſſ.* Nepotibus unà cum patruis hæreditas parentis loco adjudicata fuit, Montholon *arreſt.* 100. Delommeau *ad Leg. Andium artic.* 249. Guerinus *ad Jus Civil. Pariſ.* §. 320. *verſ. quæro.*

VII. Ruſticus quidam vivâ uxore in Provinciâ longè diſſitâ ducit alteram; relictis ex eâ quoque liberis decedit; moritur deinde ruſtici frater; an proderit etiam poſterioribus liberis repræſentatio? illegitimi cenſeri nequeunt, qui de adulteræ conſcientiâ non naſcuntur, ex Innocentii decreto, *cap.* 15. x. *qui filii ſint legitimi.* Extat Curiæ Pariſienſis arreſtum, quo legitimi paternæ hæreditatis ſucceſſores declarati ſunt, Choppinus *de privil. ruſtic. libr.* 3. *part.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. Idem apud nos judicatum eſt, 13. *Junii* 1665. *in causâ Barbaræ Carners.* Nonnulli quoad tranſverſales ex latere parentis, qui in malâ fide repertus fuerit, eos cum legitimatis per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Reſcriptum pares conſtituunt, quibus repræſentatio non prodeſt niſi expreſſo collateralium conſenſu, Argentræus *de Legitimat. cap.* 5. *num.* 2. Kinſchotus *de Legitimat. cap.* 5. *num.* 8. Quæ Molinæi ſententia eſt in notis ad dictam Innocentii decretalem epiſtolam; Verum legitimæ nativitatis individua conditio eſt; in legitimatis per Reſcriptum tranſverſalium conſenſus calculum ponit; hîc autem non hominis ſed legis operatio eſt, quæ indiſtinctè illegitimæ conjunctionis vitia ex bonâ unius conjugum fide quoad liberos in totum aufert, Coſta, Guitierrez, Sanches, Trentacinquius aliique quos collegit Barboſa *ad l.* 4. *C. de Inceſt. & Inutilib. nupt. num.* 22. Ita ex reſcripto Marci & Lucii Imperatorum liberi Flaviæ Tertullæ, quos ignara juris in matrimonio avunculi ſui pepererat, habiti ſunt perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent, utì ex ſecundo Papiniani de adulteriis libro notat Marcianus *in l.* 57. §. 1. *ff. de*

Rit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Rit. Nuptiar. Judicata in ſcholiis adjecit Mornacius.

VIII. Fratricida uti indignus à ſucceſſione repellitur; nec patrem repræſentando nepotes veniunt, ne per avariciam delinquendi detur occaſio, Blaſius Michalorius *de fratrib. part.* 3. *cap.* 56. *Carrerius, Placha, Menochius ibidem alleg.* Caſus ità deciſos referunt Boërius *deciſ.* 25. Clarus §. *homicidium nu.* 22. Louet *in arreſtis lit. S. cap.* 20. Si pater cognatum ſuum interimi curaverit, ejusque hæreditatem adiit, vel bonorum poſſeſſionem accepit, non augeri inde liberorum portiones Paulus reſpondit, & Imperatoris Antonini reſcripto confirmat, *l.* 7. §. 4. *ff. de bon. damnat.* Attamen propter patris crimen aliorum hæreditate innocuos privari iniquum foret; delinquentes non egreditur pœna; Succedit fratricida defuncto & verus hæres eſt, ſed fiſcus ab eo hæreditatem aufert, *l.* 28. §. 1. *ff. famil. erciſc. l.* 9. *ff. de jur. fiſc. d. l.* 7. §. 4. *ff. de bon. damnat.* Peregrinus *de jure fiſci*

libr. 2. *tit.* 3. *per tot.* Guazzinus *de conſiſcat. bonor. concl.* 13. *ampliat.* 6. *num.* 39. Moribus autem hoc caſu nulla fiſci ſucceſſio eſt; neque ratio æquitatis patitur alios collaterales excluſis nepotibus patrui auferre bona, & eoſdem ex parentis delicto ſubmoveri; nepotes itaque etiam hîc patris loco ſeu ad ipſius portionem admittendos exiſtimaverim, modo nihil ex hæreditate ad reum perveniat; uti in parricidio quoque ſtatuunt Gomezius *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 52. *in fine* & Plaçha *de delict. libr.* 1. *cap.* 10. *nu.* 24.

IX. Hæreditate per avunculum repudiatâ, nepotes nihilominus in ſtirpes ſuccedunt; jus illud ſtatim poſt deceſſum ipſis acquiſitum, invitis auferri nequit; repudiantis portio jure accreſcendi ſimul omnibus competit, Hyeronimus Brucknerus *ad Mainardi deciſ. Corollar.* 4. *per tot.* Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 27. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 103. *num.* 7. noviſſimè Cenſalius *ad Peregrinum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

 3-1
rinum *de fideicom. artic.* 21. *num.* 22. *verſ. non prætermittam.* Ex Gallorum moribus diſtinctione quæſtionem explicat Choppinus *de morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 5. *num.* 5. *in med.* ut in capita veniant, ſi nihil avunculus renuncians perceperit; ſin autem legati titulo gaudeat, in ſtirpes, cum hæreditario juri æquipolleat hæc gratificatio, ita judicatum ibidem tradit; ſequitur Peleus *libr.* 3. *action. forenſ. cap.* 16. Duret *ad Conſuet. Aurelian. artic.* 322. *in fin.* Buridan *ad Conſuet. Veromand. artic.* 76.

X. Quorum porro moribus ex delicto hæreditatis ſequitur incapacitas, aut monaſterium intrando à ſucceſſione quis ſecluditur, cum jam pro mortuo patruus habeatur, in capita, non in ſtirpes iis caſibus fit diviſio; requiritur enim ad hoc realis & cum effectu repræſentatio, Buridan *d. artic.* 76. *verſ. ce n'eſt encore.*

XI. Lucius relictis liberis cum L²467-3 # Cajo fratre improle naufragio ſub-

merſus

merſus fuit, an nepotes ex variis Caji fratribus in capita, an vero in ſtirpes hæreditatem diviſuri ſunt, cum incertum ſit, quis prior deceſſerit? ſuperexiſtentia fratris ſeu patrui repræſentationis fundamentum eſt; neuter autem ex duobus in naufragio longius vixiſſe præſumitur, ſi non alterius imbecillitas concurrat, Menochius *de præſumpt. libr.* 6. *cap.* 50. *num.* 19. Carpzovius *part.* 3. *conſt.* 17. *def.* 13. Ubi duo ſimul decedunt, ſi quis ſuperviventiam allegat, eam probare debet, inquit Faber *in C. S. libr.* 4. *tit.* 14. *def.* 2. *num.* 7. *in not. circ. fin.* Juſtius eſt, ut benignâ interpretatione in capita partiantur, quos æquè proximos per ſe natura conſtituit; in dubiâ enim hujuſmodi morte inſpiciendum eſt, quid naturali rationi & æquitati magis conveniat, Barry *de ſucceſſ. libr.* 17. *tit.* 6. *num.* 12. *in med.* Varia in hoc arreſta proferunt Boguier *lit. C. arreſt.* 4. & Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.* §. 308.

XII. Quod ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

3 – 1

XII. Quod ſi quis moritur vivis L² 602 – 16
potibus & fratre, cujus vitam longa
ſentia incertam facit, repræſenta-
onis modo facienda diviſio eſt; quili-
t præſumitur vivere, niſi contrarium
obaverit, cui mors fundamentum
tentionis eſt, *DD. ad l.* 23. *C. de*
S. eccleſ. Maſcardus *de Probat. concl.*
073. Faber *d. def.* 2. Numerabitur
aque abſentis perſona & portio ip-
us in caſum reditus conſervanda eſt,
eciſum refert Vincentius de Fran-
his *deciſ.* 149. *num.* 2. Quantum ve-
o annorum ſpacium ad abſentis quo-
que patrui bona dividenda requira-
ur, variant mores, Mornacius *ad*
uth. Quas actiones C. de SS. eccleſ.
Groeneweg. *ad l.* 4. *C. de poſtlimin.*
reverſ.

XIII. Ubi repræſentatio ſtatuto
excluditur, in morte dubiâ, quan-
tum res patitur, judex ſuccurrit; fi-
lio robuſto & vegeto, cujus propter
abſentiam incerta habebatur vita, in
dubio patrem ſupervixiſſe judicatum
fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

fuit, ut ſic nepotes cum patruis avitam hæreditatem æqualiter dividerent, cum alioquin excluſâ in collateralibus repræſentatione, fraternam portionem primo ex hæreditate patris ſoli filii jure ſubduxiſſent, Barnabas le Veſt *arr.* 71. aliud arreſtum exhibet Boguier *lit. C. arr.* 4. *verſ. une mere de Alois.* Soror fratris ex aſſe hæres decreto judicis bona abſentis occuparat, introductâ poſtmodum Pariſiorum moribus repræſentatione, etiam nepotes pro dimidio ad bonorum poſſeſſionem fiduciariè cum eâ admiſſi ſunt, ex Choppino notat Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.* §. 318.

XIV. Rupto per querelam inofficioſi teſtamento an nepotes cum patruis ſucceſſuri ſunt? fratribus ſolis, non ipſis querela competit, §. 1. *Inſt. de inoffic. teſtam. l.* 1. *ff. eod. l.* 21. *C. eod.* etiam jure noviſſimo, licet per repræſentationem in eodem gradu ſint conſtituti, Gomezius *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 37. *verſ. ſecundo.* Thadeus

[Thad]eus Piſo *var. reſol. libr.* 2. *cap.* 13. [n]*um.* 4. Caldas Pereira *ad* §. *ſoror Inſt.* [d]*e inoffic. teſtam. num.* 28. Ne itaque [f]raus legi fiat, eos removendos cen[ſ]ent Viglius *ad* §. 1. *Inſt. de inoffic.* [t]*eſtam. num.* 9. Buſius *ad l.* 1. *ff. eod.* [n]*um.* 8. Tuldenus *ad libr.* 6. *C. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 8. *circ. fin.* Cum autem querela inofficioſi teſtamenti patremfamilias faciat inteſtatum, *l.* 6. §. 1. *l.* 17. §. 1. *ff. de Inoffic. teſtam.* Rectius eos reſciſſo teſtamento cum patruis ad hæreditatem admittunt Thadeus Piſo *d. loc. num.* 4. Schneidwinus, Baro, Mynſingerus *ad* §. 1. *Inſt. de Inoffic. Teſtam.*

CAPUT IV.

De iis, qui ex uno tantum latere ſunt conjuncti.

I. *Filii fratrum germanorum fratres defuncti conſanguineos & uterinos excludunt.*

II. *Quid*

II. *Quid de nepotibus inter ſeſe ſuccedentibus.*

III. *Inter uno tantum latere conjunctos etiam repræſentatio eſt.*

IV. *An nepotes uno latere conjuncti cum fratribus germanis ex Edicto Ordinum de anno* 1594. *apud nos ſuccedant.*

V. *Rarius in Belgio duplicitas vinculi excluſionem operatur.*

VI. *De bonorum diviſione in hoc repræſentationis caſu.*

VII. *Quid ſi nepotes ſoli exiſtant.*

VIII. *Quomodo nepotes & thii ſimul omnes ex uno latere dividant.*

IX. *De ſucceſſione ex antenuptiali parentium contractu.*

X. *Ultra repræſentationis terminos duplicitas vinculi non attenditur.*

I. Filii fratrum utrimque conjunctorum jure ſanguinis fratres uterinos & conſanguineos excludunt, licet ſoli ſine aliis thiis ſuccedant, *Auth.*

Ceſſante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Ceſſante, *Auth. poſt fratres C. de Legitim. hæred.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. libr.* 8. *cap.* 6. *concl.* 1. Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 21. Mevius *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 63. Repræſentatio quidem eos in gradu pares conſtituit, ſed non præfert; verum excluſio ab arctiore conjunctione in totum profluit, uti rectè obſervat Modeſtinus Piſtoris *part.* 3. *quæſt.* 113. *num.* 8.

II. Cum itaque thios ex uno latere conjunctos propter ſanguinem excludunt, etiam absque repræſentatione eorum liberos ex vinculi duplicitate removebunt, ita à Friſiæ Curiâ judicatum refert Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 3. & à Facultate Marpurgenſi reſponſum narrat Antonius Matthæus *ad ff. diſput.* 40. *theſ.* 33. Idem poſt Cujacium & Barry docet Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 103. *n.* 1. Neque alio ſenſu accipiendam eſſe Carolinam Conſtitutionem, quæ indiſtinctè nepotes ſolos in capita vocat, ſcribit Rickius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

de Union. prolium cap. 7. numer. 145. Nonnulli tamen ſtatuunt ſanguinis ſeu vinculorum duplicitatem non eſſe conſiderandam inter nepotes ſolos, quoties ſemotâ repræſentatione abſque thiis ſuccedunt, quia hic caſus à Juſtiniano non expreſſus veteri juris diſpoſitioni relictus intelligitur, uti latè propugnat Jacobus Ferrerius *ad Guidonis Papæi deciſ.* 134. & adducto Senatus Tholoſani arreſto Simon d'Olive *libr.* 5. *notab. quæſt. cap.* 35.

III. Si vero nepotes conſanguinei & uterini tantum, & thii ex uno quoque latere ſolummodo conjuncti exſtant, remoto jam ſanguinis obſtaculo, obtinebit inter eos repræſentatio ex Juſtiniani & Caroli Imperatorum Conſtitutionibus, *Auth. poſt fratres C. de Legitim. hæred.* Pingizer *quæſt. Saxonic.* 14. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 470.

IV. Apud nos autem nepotes uno latere conjuncti etiam cum fratribus germanis repræſentationis jure ſuccedunt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

cedunt; quamvis enim Edicto Succeſſorio de anno 1594. in hâc Provinciâ repræſentatio juri Cæſareo conformis admiſſa ſit; uti etiam Carolus Quintus repræſentationem introducens ad Jus commune ſcriptum ſeſe refert, Pingizer *d. quæſt.* 14. *num.* 12. Quo jure extantibus germanis uno latere conjuncti nunquam repræſentant; ceſſat tamen apud nos hæc dubitatio, poſtquam ab Ordinibus declaratum fuit nepotes etiam uno latere conjunctos cum defuncti germanis Edicto comprehendi, 2. *Julii* 1635. *op de Requeste van Jacob Willemſz Burgermeeſter tot Bunſchoten.* Zutphanienſes quoque & Veluani aliique, qui unum idemque nobiſcum quoad fratres ſucceſſionis jus antiquitus habuére, in nepotibus hoc modo ſuas conſuetudines interpretati ſunt, *Land-recht van Zutphen tit.* 17. *artic.* 4. *Land-Recht van Veluwe cap.* 31. *artic.* 4. *&* 5. *Coſtuym. van Thiel tit.* 8. *artic.* 6. Et in hanc rem Ordinum

Gelriæ decretum de anno 1560. profert Goris *tract.* 4. §. 13. *numer.* 4. *in notis.*

V. Veteribus Juriſconſultis incognitum fuit duplicis vinculi beneficium, *l.* 1. *C. de Legitim. hæred.* & ex Novellis Juſtiniani Conſtitutionibus demum introducta hæc diſtinctio, *Novell.* 84. Matthias Stephani *ibid. num.* 4. Franciſc. Balduinus *in Juſtiniano ad Novell.* 118. *verſ. qui autem fratres.* Ita uno latere conjuncti cepérunt à germanis penitus excludi, qui ſimul hactenus ad hæreditatem fuerant admiſſi; In Belgio mores ab hoc jure Juſtinianæo ut plurimum alieni ſunt, ſublatâ excluſione, quæ ex ſanguinis aut vinculi duplicitate hauriri poſſet.

L² 609-33

VI. Diverſa tamen inter eos pro more populi hæreditatis diviſio eſt; in hâc Diœceſi nepotes ex uno latere per repræſentationem æqualem cum germanis fratribus portionem habent, nullâ bonorum aut hæreditatis diſtin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ctione datâ; plurimi ſunt, qui uno latere conjunctis dimidio minus, quam germanis aſſignant; Alii vero ad latus, unde bona provenerint, reverti jubent, ad acquæſtus & mobilia nepotes uno latere conjunctos vel in totum vel dimidiatâ manu cum germanis admittentes, uti ex particularibus cujusque gentis legibus patet.

VII. Verum an apud eos, ubi per dimidiatam manum diviſio in uno latere conjunctis locum habet, eadem obtinebit, ſi ſoli inter ſe nepotes absque repræſentatione concurrunt? Et hoc verius eſt; Jure Romano nepotes ex fratribus germanis excludunt uno latere conjunctos; Statutaria lex eos in aliorum nepotum præjudicium melioris conditionis, quam parentes feciſſe non præſumitur; duplicis ſanguinis conſideratio majorem portionem tribuit fratribus germanis, eadem autem ratio nepotibus favet, ita Hollandorum Conſtitutiones interpretatur Leeuwius *in Cenſ. Forenſ. libr.* 3. *cap.* 15. *n.* 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

L² 603-18

VIII. Inter nepotes & thios ſimul ex uno latere conjunctos paterna paternis, materna jure cognationis maternis cedere, reliqua æqualiter dividi plerique docent, Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 14. *def.* 1. *num.* 5. Mevius *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 20. *num.* 4. Rectius alii rejiciunt hanc bonorum ſeparationem, & unum defuncti patrimonium indiſtinctè conſiderant; imo ne quidem inter fratres jure civili hæc paræmia procedit, cum in noviſſimis hæreditatum legibus nullam hujuſmodi bonorum diſtinctionem faciat Imperator, *Novell.* 118. *cap.* 3. Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 31. *def.* 2. Barboſa *ad l.* 41. *ff. ſolut. matrim. num.* 69. Robles *de repræſentat. libr.* 2. *cap.* 22. Tuldenus *ad libr.* 6. *C. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 11. Vinnius *libr.* 2. *quæſt.* 31.

IX. Sæpius autem ex antenuptiali parentium conventione frater germanus ejusque filius parentis loco fratrem ex uno latere excludit ab iis bo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

nis ſeu hæreditatis corporibus, quæ à communi parente ad ipſos devoluta ſunt, reliquâ hæreditate æquali inter omnes diviſioni ſubjectâ; pactis enim dotalibus id agi plerumque ſolet, ut procreandi ex futuro matrimonio liberi absque prole ſibi invicem ſuccedant, iisque omnibus deficientibus ad latus, undę provenerint, bona revertantur; quæ ſucceſſionis ab inteſtato deſignatio in contractu matrimoniali per parentes facta vires exſerit, donec liberi contrariâ declaratione eandem immutaverint, uti aliquoties apud nos judicatum eſt, Rodenburgh *de jur. quod oritur ex ſtatutor. diverſit. tit.* 3. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Neoſtadius *de pact. antenupt. obſervat.* 1. 2. & 3.

X. Ultra nepotes ſeu extra repræſentationis limites vinculi duplicitatem de jure nullo modo attendi pariter DD. ſentiunt, & absque bonorum diſtinctione etiam ex uno latere proximum remotiores utrimque conjunctos

junctos excludere, *in Auth. poſt fratres C. de legitim. hæred.* Molinæus *ad Conſ. Blæſenſ. artic.* 155. Mainardus *libr.* 6. *deciſ.* 90. Parladorius *rer. quotidian. libr.* 2, *cap.* 15. *num.* 2. Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 57. *num.* 5. Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 2. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 344. *num.* 4.

CAPUT V.

De Repræſentatione in teſtamentis.

I. *An repræſentatio locum habeat in teſtamentis.*

II. *Unde hîc deſumenda ſit interpretatio.*

III. *An obtineat, ſi teſtator vocaverit proximiores.*

IV. *De proximitate ex antenuptiali parentium contractu.*

V. *Si in diverſis Provinciis teſtator bona habeat, quomodo proximitas conſideretur.*

VI. *Quod ſi quis non ſuos, ſed defunctæ*

uxoris

uxoris proximiores vocaverit, an admittenda ſit repræſentatio.

VII. *Relicto uxori uſufructu, & vocatis poſt ejus mortem proximioribus, quid obtineat.*

VIII. *An ſub vocabulo,* kinderen, *nepotes veniant.*

IX. *De Significatione hujus vocis inter tranſverſales.*

X. *Quid apud eos judicandum, qui repræſentationem latius extendunt.*

XI. *De teſtamento peregrè condito.*

XII. *De conjecturis repræſentationis prorogatæ.*

XIII. *De repræſentatione inter extraneos teſtamento formatâ.*

XIV. *De vocabulo* geboorte.

XV. *Vocatis generaliter nepotibus an etiam pronepotes veniant.*

XVI. *Fratribus & eorum filiis inſtitutis, quomodo obtineat repræſentatio.*

XVII. *Vulgaris, non fideicommiſſaria hoc caſu ſubſtitutio eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

XVIII. *De jure accreſcendi quoad repræſentantes.*
XIX. *Si quis fratrem & ex alio fratre nepotes vocaverit, an per modum repræſentationis fiat diviſio.*
XX. *Quid ſi nepotes nominibus propriis ſint inſtituti.*
XXI. *De nepote ſpurio cum patruo hærede ſcripto.*
XXII. *De nepote ex fratre exhæredato.*
XXIII. *An vocatis ſimpliciter fratribus nepotes repræſentent.*
XXIV. *Si ſtatuto cautum ſit ne collateralis repræſentatio locum habeat, an teſtamento introduci poſſit.*
XXV. *Quomodo procedat, ſi de quibuſdam duntaxat bonis teſtari liceat.*
XXVI. *De ſupplemento legitimæ.*

I. Repręſentatio in teſtamentis locum habet, quousque ſe lege civili extendit, uti de fideicommiſſis DD. tradunt & communior ſententia eſt. Quamvis enim in

in caſu ſolummodo inteſtatæ ſucceſſionis eandem Imperator introduxerit, in interpretandis tamen defunctorum voluntatibus præſumendum eſt teſtatorem juris diſpoſitioni ea reliquiſſe, in quibus ſucceſſionis ab inteſtato veſtigia non intervertit. Quod ſi legitimos hæredes defunctus ſimpliciter inſtituerit, non alio expreſſo nomine, eos vocare intelligendus eſt, quos lex ipſa hoc vocabulo complectitur & legitimos deſignat hæredes, qualis cum patruo per repræſentationem eſt nepos; ita enim condito elogio ſatis declaravit inteſtatum ſe velle decedere quoad ſuccedendi ordinem, in aliis vero, quæ teſtamento conſtituta ſunt, ſuâ uti diſpoſitione, ſicuti Curia judicavit, 18. *Martii* 1665. *inter Antonium de With & Guilielmum van Bemmel cum ſociis.*

II. Quæ autem de mente teſtatoris ex juris diſpoſitione interpretandâ diximus, non de jure civili Romanorũ, ſed de ſucceſſionis legibus ſtatuto munici-

pali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

pali receptis intelligenda ſunt, quas teſtator uti jus commune propriæ civitatis ſequi voluiſſe præſumitur, Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 25. *num.* 53. Clarus §. *teſtamentum quæſt.* 76. *num.* 12. Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 6. *tit.* 7. *num.* 7. Graſſus §. *teſtamentum quæſt.* 76. *num.* 12. Deckherus *libr.* 1. *diſſert.* 11. *num.* 20. & 21. Unde cum apud Hollandos teſtator hæredes ſibi legitimos, non expreſſo nomine, ad ſucceſſionem vocaſſet, motâ apud nos inter conſanguineos lite, non ſolum fratrum filios, ſed & nepotes ad propatrui hæreditatem Curia admiſit, quia eo uſque repræſentatio eorum moribus invaluit, contra quam jure Romano aut in hâc Diœceſi conſtitutum eſt, *in d. causâ.*

III. Repræſentatio porro admittenda erit, etiamſi non tantum legitimos, ſed proximiores ſibi teſtamento hæredes ſcripſerit; dum enim non explicat teſtator, quoſnam ſub nomine proximiores comprehendi velit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

vocare cenſendus eſt eos, qui ex juris diſpoſitione & lege patriâ habentur proximiores; patruus autem non poteſt dici proximior nepote; nepos enim cum patruo ſuccedens per repræſentationem cum ipſo in eodem gradu exiſtit, Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 3. *verſ. reſpondetur.* Sandius *de Prohibit. rer. alienat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 27. Knipſchilt *de fideicomm. familiar. cap.* 9. *num.* 27. *&* 28. Gradus ejusque proximitas reſpectu ordinis ſucceſſionis, non reſpectu propinquitatis conſiderandus eſt, Peregrinus *de fideicomm. artic.* 21. *num.* 9. 10. *&* 17. Lex ipſa proximos ad hæreditatem vocat, & tamen nepos cum patruo ſuccedit; teſtator ſecundum terminos juris loqui creditur, quibus hi duo æquè proximi cenſentur, Caſtillo *part.* 2. *Controverſ. cap.* 20. Wameſius *cent.* 6. *conſ.* 93. Mattheacius *de Legat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Fuſarius *d. quæſt.* 485. *num.* 33. *&* 37.

IV. Vocatis per filium proximioribus,

bus, ſi qua parentium pacta extent dotalia, non ii intelliguntur, qui ex lege Patriâ, ſed ex pactis proximi ſucceſſores deſignati ſunt, ex Curiæ arreſto, Rodenburgh *de jur. quod orit. ex ſtatutor. diverſit. tit.* 3. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Sed quid ſi condito teſtamento filius hæredes ſibi ab inteſtato ſucceſſuros ſcripſerit, in locum autem demortuorum ſeu per repræſentationem eorum liberos, an à pactis dotalibus reſiliiſſe cenſendus eſt, ut jam proximos ex lege Patriâ, non pactis hæredes conſequatur? Proviſionali apud nos judicio deciſum fuit, repræſentatione priori vocationi ſubjectâ filium à pactis dotalibus parentium non receſſiſſe, eosque cum repræſentantibus hæredes eſſe, quos pactitia deſignatio ipſi elegerat, D. Weſel *de Pact. Dotalib. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 41.

V. Batavus quidam condito in Hollandiâ teſtamento uſumfructum bonorum matri reliquit; proximos deinde

inde ſibi ſanguine, qui ab inteſtato ſucceſſores forent, hæredes ſcripſit; eo defuncto mota lis fuit, num repræſentatio, quæ ex Hollandorum legibus patrueles cum amitâ hæredes declarat, ex hoc teſtamento porrigenda fuerit ad bona in iis Provinciis ſita, ubi non niſi fratrum filii repræſentant; Senatus Friſiæ anno 1605. uti etiam Trajectenſis anno 1608. ex hoc elogio in bonis ibidem ſitis cum amitâ admiſit patrueles, licet eorum moribus extra repræſentationem forent poſiti, utriusque Curiæ judicata laudat Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 7. Verius crediderim conſtituto uſufructu quoad reliqua inteſtati cauſam eſſe, & iis derelictam hæreditatem, quos lex ipſa deſignat; proximos ſibi ſucceſſores vocat, ſed in bonis Friſicis & Trajectinis amita proximior eſt, neque patrueles cum eâ in gradu ſucceſſionis pares; in Hollandicis unâ veniunt, non in aliis, quibus à Conſuetudine Regionis diverſa ſucceſſionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

forma præſcripta eſt, ita Reviſionis apud nos Judicium retractatâ Curiæ ſententiâ ſolam amitam in bonis Trajectenſibus hæredem agnovit, 25. *May* 1611. Sandius *d. def. 7. in fine.*

VI. Teſtator exterus conſanguineos teſtamento vocat; qui ſi intra decennium non appareant, defunctæ uxoris proximiores inſtituit; elapſo tempore ſoror conjugis hæreditatem petit; dimidiam partem ſibi competere jure repræſentationis regerunt ejuſdem ex fratre nepotes; reſpondet altera proximitatem ſanguinis quoad uxorem, non ſucceſſionis conſideraſſe teſtatorem, cum omnes quoad ipſum ſint extranei; repræſentationem non dari, niſi reſpectu eorum, de quorum hæreditate agitur; neminem ex ipſis ſanguine teſtatorem contingere, cum tamen vicaria ſucceſſio non niſi ſanguine fundata obtineat; naturæ vinculum, non legis, veritatem, non fictionem attendendam eſſe; militat pro ſorore juris ratio, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ita reſponſum extat, *part.* 5. *Conſ. JC*[tum] *Batav.* 77.

VII. Maritus uxori omnium bonorum uſumfructum reliquit, vocatis poſt ejus mortem proximioribus; fratrum filii per repræſentationem ſtatim à mariti deceſſu cum patruo jus ad hæreditatem nanciſcuntur; tempus non hîc inſtitutionem, ſed uſusfructus ſolummodo perceptionem reſpicit, Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 4. *tit.* 5. *artic.* 10. *num.* 23. *poſt DD. ibid. allegat.* Purè debetur, quod non conditione, ſed morâ ſuſpenditur, quoties conditio non poteſt non exiſtere, ex Papiniani reſponſo *in l.* 79. *ff. de Condit. & Demonſtrat.* Licet itaque hi tempore mortis uſufructuariæ defecerint, nihilominus nepotes ex iis & pronepotes tranſmiſſionis iure veniunt, qui alioquin denegatâ repræſentatione ſecludendi forent.

VIII. Liberorum nomine in teſtamentis nepotes & reliqui deſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

dentes veniunt, *l. 220. ff. de Verb. Signific.* De voce, *kinderen*, an noſtro idiomate plures gradus comprehendat, non una omnium ſententia eſt; ex proprietate verbi illud illici vix poteſt, cum ad ſingulos gradus ſpecialia extent vocabula; Jure etiam Romano aliter filios, aliter nepotes appellari ait Imperator *in* §. 5. *Inſt. Qui teſtam. tutor. dar. poſſ.* Ex conjecturis tamen & juſtâ interpretatione nonnunquam in teſtamentis nepotes hâc voce comprehendi pariter ſentiunt, Neoſtadius *ſuprem. Cur. deciſ.* 59. Coren *conſ.* 14. Sandius *libr.* 4. *tit.* 5. *def.* 10. *&* 11. Groenewegen *ad l.* 201. *ff. de Verbor. Signific.*

IX. In tranſverſali lineâ rarius obtinet hæc extenſiva noſtratis vocabuli ſignificatio; Titius Cajam ſororem inſtituit, & in caſum mortis ipſius liberos matris loco; nepotes Cajæ ab hæreditate repulſi ſunt, & ſub voce, *kinderen*, in tranſverſalibus non comprehendi judicatum fuit, Modeſtinus Piſtoris

Piſtoris *part.* 3. *quæſt.* 118. Relicto quoque per teſtatorem fratris ſui liberis legato, iisque ſibi invicem ſubſtitutis, ſub vocabulo, *kinderen*, fratris nepotes non intelligi, ſæpius deciſum poſt alios refert Alexander Raudenſis *de Analog. libr.* 1. *cap.* 15. *num.* 370. *&* 371,

X. Quibus vero repræſentationem in lineâ collaterali ad fratrum nepotes dilatare placuit, apud illos, quatenus ſeſe ea extendit, comprehenſiva ſignificatio huic voci tribuenda eſt; nepotes enim hiſce caſibus tanquam filii & tanquam fratres ſuccedunt; quippe quos lex municipalis liberorum loco habet, & in ſucceſſione pro liberis agnoſcit, Leeuwen *in Cenſ. forenſ. libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. Non quod ſolâ vi vocabuli fratrum nepotes in teſtamentis veniant; ſed ex conjecturatâ defuncti mente in caſu hujuſmodi ſtatuti comprehenſiva interpretatio profluit, quatenus teſtator præſumitur ſucceſſionis ab inteſtato

ordinem obſervari voluiſſe, ſi non aliud teſtamento declaraverit; Unde non eadem in legatis ſeu particulari diſpoſitione, quæ in inſtitutionibus & univerſali ſucceſſione hujus vocis extenſiva ſignificatio eſt.

XI. Diſceptatum fuit ſuper teſtamento ab Hollando Pragæ in Bohemiâ condito, an eadem iſtius vocabuli adhibenda foret interpretatio; verior affirmativa opinio eſt; qui enim peregrè aut revertendi animo alicubi degit, in teſtamento non ad Jus Civile Romanorum, ſed ad Patrias ab inteſtato ſucceſſionis leges, & ſic ad prorogata ibidem repræſentationis jura in dubio reſpexiſſe creditur, quæ quidem generalis invaluit præſumptio, DD. recenſet Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 7. *in med.*

XII. Adjuvat hanc interpretationem nonnunquam ipſa diſpoſitio; ita pronepos cum nepotibus ad avunculi magni hæreditatem ſub hoc vocabulo per repræſentationem admiſſus fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

fuit, ne ex contrario ſenſu forſitan jure accreſcendi teſtatoris bona extra ſanguinem ſuum fuiſſent devoluta, Neoſtadius *Suprem. Cur. deciſ.* 59. Inſtitutis quoque fratribus & ex prædefunctâ ſorore filio vocatiſque, noſtro idiomate, parentium loco liberis, rectè ab Hollandis reſponſum fuit etiam fratrum nepotes comprehendi; teſtator enim jam ad eum gradum teſtamento produxit repræſentationem, *Part.* 2. *conſult.* 308.

XIII. Non tantum inter eos, quibus de jure prærogativa repræſentationis competit de hoc vocabulo dubitatio eſt, ſed etiam inter planè extraneos, qui nequidem affinitatis, multo minus ſanguinis vinculo teſtatorem contingunt; Non tantum in inſtitutionibus, ſed in particularibus quoque legatis ſæpius liberi in locum prædefuncti parentis vocantur per repræſentationem; ex teſtatoris enim voluntate ea locum habet, ubi de jure alioquin non obtinet, uti *poſt Menochium,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

chium, *Decianum*, *Caſtillo* obſervat Cenſalius *ad Peregrinum de fideicomm. artic.* 21. *num.* 22. *verſ. ſecundo obſervo.* Cum autem ſtricti juris ſit præter leges ab homine excogitata repræſentatio, de gradu ad gradum fieri nequit extenſio; adeo ut liberi hoc modo per repræſentationem ſubſtituti jus nullum ad poſteros tranſmittant; vis comprehenſiva hujuſce vocabuli extendi non poteſt ad extraneos aut ad eos, quibus jura ſucceſſionis non competunt ab inteſtato, Leeuwen *in Cenſ. forenſ. libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 9.

XIV. Frater ſororem inſtituit & ex alterâ ſorore nepotes, eorumque natos, *der ſelver geboorte*, in caſum mortis parentium loco; Diverſa Practicorum fuére reſponſa; nonnulli propter vocis generalitatem omnes deſcendentes comprehendi, alii in gradu primo ſeu expreſſo terminari ſubſtitutionem opinati ſunt; In dubio quidem, ſi non aliud conjecturata defuncti mens ſuadeat, poſterior ſenten-

tia magis placet; Natorum quidem appellationem ad nepotes extendit Modeſtinus *in l.* 104. *ff. de verb. Signif.* Sed de excuſationibus à tutelis ibidem ſermo eſt; quanquam & malè textum interpres tranſtulit; vox enim græca, quâ Juriſconſultus utitur, etiam Latinis liberorum nomen eſt, uti ſingulari ad Modeſtinum libro animadvertit Antonius Auguſtinus *verſ. non ſolum autem filii.* Remotiores non nati, ſed natorum nati ſunt; inter deſcendentes & natos nulla foret diſtinctio; ab inteſtato ſucceſſio hîc repræſentationem non agnoſcit, neque ſatis clarè teſtator eandem introduxit. Nati etiam *ex* vel *de* aliquo, ſi vocati fuerint non dari inter collaterales repræſentationem docent Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 87. *num.* 24. Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 67. Deciſum refert Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 20. *def.* 12.

XV. Hæredes patruus ſcripſit, & generaliter nepotes vocat, an prone-

potes quoque admittendi erunt? hoc vocabulum ſecundum noſtratium idioma latiſſimè ſe extendit & plures omnino gradus complectitur; nihilominus ii tantum hîc vocari intelligendi ſunt, qui ad ſucceſſionem nepotes ipſo jure ſunt proximi; quouſque ſcilicet ab inteſtato repræſentatio procedit; cum enim dilucidius ſe non explicat teſtator, neque ſuccedendi ordinem immutat, lex ſupplet defectum & interpretatur hæredum vocationem; quoad ſucceſſionem in teſtamentis, non quoad alium loquendi uſum vocabuli facienda interpretatio eſt.

XVI. Mevius fratres & eorum liberos hæredes ſcripſit; eo fatis defuncto nepotes tam ex fratribus etiamnum in vivis, quam præmortuis in capita ſucceſſionem unà petunt; Judicavit Hollandiæ Curia nepotes poſt mortem parentium demum ordine ſucceſſivo per repræſentationem vocatos intelligi; in dubio enim teſtator

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

non ſimultaneè eos, ſed ad modum inteſtatæ ſucceſſionis inſtituiſſe creditur, *l.* 33. §. 6. *l.* 69. §. 3. *ff. de Legat.* 2. *l. ult. C. de Verbor. Signific.* Leeuwen *in Cenſ. forenſ. libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 32. Faber & Carpzovius *ibid. allegat.*

XVII. Nullum etiam ex fideicommiſſo jus habent, quos ordine ſucceſſivo ita per repræſentationem teſtator vocat, vulgaris enim hæc ſubſtitutio eſt, quæ bonorum alienationem non impedit, & aditâ hæreditate evaneſcit, *l.* 5. *C. de impuber. & aliis ſubſtitut.* Clarus §. *teſtamentum quæſt.* 80. *num.* 4. Cancerius *var. reſolut. part.* 1. *num.* 56. Quod in nepotibus hoc ordine à patruo hæredibus ſcriptis judicatum refert Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 8. *def.* 8.

XVIII. Mater filios duos & ex tertio defuncto nepotes filii loco nominavit; alter filiorum hæreditate abſtinet, ea pars omnibus pro ratâ prodeſt; nepote autem repudiante, ſoli fratri ejus accreſcit portio, quia per re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

præſentationem unius vice ſunt, ſicuti ex Gaji & Pauli ſententiâ ab inteſtato obtinet, *l.* 11. §. 1. *l.* 12. *ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* Gomezius *var. reſolut. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 31. Bellonus *de Jur. accreſcend. cap.* 5. *quæst.* 47. *num.* 20. *& ſeqq.* Thomas Papillonius *de Jur. accreſcend. pag.* 46. *&* 47.

XIX. Sejus fratrem & ex altero fratre nepotes hæredes inſtituit, num in capita an vero in ſtirpes per modum repræſentationis diviſuri ſunt? ſemiſſem frater, ſemiſſem fratris filii habebunt ex Ulpiani reſponſo *in l.* 13 *ff. de Hæred. inſtituend.* Verum eſt, inquit Celſus, quod Proculo placet duos eſſe ſemiſſes, quorum alter conjunctim duobus datur, *l* 59. §. 2. *ff. eod. l.* 9. *ff. de Vulgar. & Pupillar. ſubſtit.* Niſi tamen in capita hæredes aut *æquè* ſuccedere teſtator juſſerit; eo enim caſu non obſtat, quod collectivo nomine vocati fuerint, quominus viriles portiones conſequantur, *l.* 9. §. 12. *l.* 13. *ff. de Hæred. inſtit.* Mantica *de*

Conject.

Conject. ultim. volunt. libr. 4. *tit.* 11. *num.* 6. Ita reformatâ Curiæ ſententiâ in caſu repræſentationis apud Friſios declaravit Reviſionis judicium, Sandius *libr.* 4. *tit.* 5. *def.* 19. *in fin.*

XX. Quod ſi fratrem & ex fratre altero nepotes non collectivo ſed proprio nomine vocaverit, in capita, non in ſtirpes abſque dubio ſucceſſuri ſunt, Gomezius *ad Leg. Taur.* 8. *num.* 16. Choppinus *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 4. *nu.*9. Deciſum refert Afflictus *deciſ.* 309. ubi addit idem juris eſſe, etiamſi nominibus propriis & appellativo ſimul nepotes teſtator hæredes ſcripſerit; communius tamen placuit diſtinctio, ut ſi in teſtamento nomen appellativum, *nepotes*, poſt nomina propria adjectum ſit, in capita cum patruo admittantur, ſin autem poſt nomen appellativum nomina propria teſtator expreſſerit, in ſtirpes vocati cenſeantur, eo enim caſu ad demonſtrationem tantum hæc verba appoſita intelliguntur, Menochius *de Præſumpt. libr.* 4. *cap.* 18.

cap. 18. *num.* 30. *& ſeqq.* Maulius *de Ultim. voluntat. libr.* 1. *cap.* 18. *verſ. declaratur ſeptimo.* Barry *de Succeſſ. libr.* 2. *tit.* 7. *num.* 1. *verſ. ſexta eſt.*

XXI. Soror fratrem & ex defuncto fratre nepotem ſpurium ſibi hæredes nominat, an ſubſiſtet diſpoſitio? Ex more quidem Regionis judicandum eſt, an turpis perſona cenſeatur naturalis, ut inofficioſi teſtamenti querela competat; verum hæredis inſtitutio difficultatem hîc tollit; fratri ſupremis tabulis nominato, etiam turpi perſonâ inſtitutâ, non niſi ad legitimam ejusve ſupplementum datur actio, ne melior ſit ipſius, quam deſcendentium conditio, DD. enumerat Barboſa *ad l.*27. *C. de Inoffic. teſtam. n.* 10. Senatus Neapolitani arreſtum exhibet Afflictus *deciſ.* 204.

XIII. Nobilis quidam fratrem exhæredat & nepotem per repræſentationem patris loco hæredem ſcribit, adjectâ causâ quod graviſſimas à fratre ſit perpeſſus injurias; impugnatur elogii

elogii tenor; præteriri ſcilicet fratrem indictâ causâ leges permittere, non injuſtè exhæredari cum vituperio & exprobratione; ratione exhæredationis expreſsâ factorum probationem requiri. Quamvis potior foret nepotis cauſa, publicè etiam de litibus & inimicitiis conſtaret, nihilominus Curia Pariſienſis ſententiæ loco temperandam controverſiam rata, poſthabitâ exhæredationis clauſulâ, proprietatem bonorum nepoti, uſumfructum patri adjudicavit, Le Bret *libr.* 3. *deciſ.* 1. Quæ quidem ex judicantium arbitrio, non jure ſententia eſt.

XXIII. Teſtator fratres generali vocabulo, non per nomina propria inſtituit, an nepotes venient? Ab inteſtato quidem inter fratres ſuccedunt ex legis vocatione, ſed in ultimis voluntatibus in nepotes illud verbum non quadrat; non dari hoc caſu repræſentationem rectè poſt alios docet Gomezius *ad Leg. Taur.* 8. *num.* 17. ubi ex Angelo ita deciſum refert.

XXIV. Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

XXIV. Repræſentatio inter tranſverſales ſtatuto excluſa validè teſtamento introducitur. Nonnulli requirunt conſenſum eorum, quorum intereſt; alii vero ſimplici teſtatoris declaratione contenti ad cauſam inteſtati Conſuetudinem reſtringunt. Si non prohibitionis modo hujuſmodi conſcripta lex eſt, ad teſtamenta non pertinet, ſed ordinem ab inteſtato ſuccedendi ſolummodo deſignat, Montholon *arreſt.* 125. Brodeau *ad Louet lit. R. cap.* 9.

XXV. Ubi teſtamenti factio quoad bona omnia non obtinet, inſtitutis per repræſentationem cum patruo nepotibus, valet nihilominus per modum legati diſpoſitio, & reducitur ad illud, quatenus de conſuetudine teſtari liceat, Molinæus *ad Conſ. Bleſiæ General. art.* 6. Choppinus *de Morib. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 4. *nu.* 8. *in princip.* Peleus *quæſt. illuſtr.* 29. Charondas *libr.* 11. *arreſt.* 140. Duret *ad Conſ. Aurelian. art.* 327.

XXVI. Pater inſtitutâ in legitimâ filiâ,

iliâ, nepotes matris loco cum filiis
æredes ſcribit; illa ſe læſam rata ſup-
lementum legitimæ poſt mortem pa-
ris ab hæredibus petit; reſponſum
uit non totius hæreditatis, ſed ne-
otum hoc onus eſſe, quibus ma-
erna portio teſtamento obtigerat, ad
ervandam ex defuncti elogio inter li-
eros æqualitatem, Carpzovius *libr.* 6.
it. 5. *reſponſ.* 47.

CAPUT VI.

De Repræſentatione in fideicommiſſis.

. *Quouſque Repræſentatio locum habeat in fideicommiſſis.*
I. *Diſtinctio vocationis ex verbis.*
II. *De graduum conſideratione.*
.V. *De clauſulâ*, ſalvâ gradus prærogativâ.
V. *Conſtituto ad certum gradum fideicommiſſo, num quoad alienationis prohibitionem gradus ſanguinis, an vero ſucceſſionis intelligendus ſit.*

VI. *In*

VI. *In repræſentatione gravantis, non gravati proximitas ſpectatur.*

VII. *De adjectione pronominis* meus *vel* ſuus.

VIII. *Quid ſi teſtator non vocaverit proximiores, ſed bonorum alienationem ſolummodo prohibuerit.*

IX. *An nepotes patruo in ſtirpes, an vero in capita ſuccedant, ſi fideicommiſſum ab avo fuerit relictum.*

X. *Vocatis filiis & ſubſtitutis filiæ hæredibus quouſque ſe extendat repræſentatio.*

XI. *De diviſione fideicommiſſi per patruum conſtituti.*

XII. *An relicto per patruum fideicommiſſo, & ipſius filio decedente defuncti patrueles per repræſentationem cum amitâ ſuccedant.*

XIII. *Repræſentatio ſecundum tempus exiſtentis conditionis conſiderari debet.*

XIV. *Qui vivo teſtatore conceptus non fuit, etiam repræſentat.*

XV. *Inſtitutis & ſubſtitutis ſibi invi-*

cem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

cem liberis, an repræſentatio obtineat.

XVI. *Si inſtitutio per nomina propria facta fuerit, ſubſtitutio autem per nomina appellativa an detur repræſentatio..*

XVII. *Ex præſumptâ mente teſtatoris nepotes omiſſi cum patruis quandoque in fideicommiſſis ſuccedunt.*

XVIII. *De perpetuo familiæ fideicommiſſo.*

XIX. *Nepos repræſentando ſuccedens duas quartas detrahit.*

XX. *Trebellianica hoc caſu validè prohibetur.*

XXI. *De Quartarum computatione.*

XXII. *De imputatione fructuum.*

XXIII. *De cautione reſtituendi fideicommiſſi.*

XXIV. *Si avus introducto fideicommiſſo etiam fructuum perceptionem ad aliquot annos prohibuerit an à reverſionis clauſulâ pactis dotalibus adjectâ receſſum cenſeatur.*

XXV. *An in dubio repræſentationi locus ſit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

XXVI. *De Conjecturis admittendæ vel excludendæ repræſentationis.*

L² 520-30 I. COmmunius placuit admittere repræſentationem in fideicommiſſis ab aſcendente vel patruo ſub nomine plurium graduum collectivo relictis; ſin vero de ſuccedendo aliis tranſverſalibus agitur, ceſſare in fideicommiſſis repræſentationem, ita Florentiæ deciſum narrat Marzarius *de Fideicomm. part.* 2. *quæſt.* 18. à Senatu Sebuſiano, Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 20. *def.* 8. *&* 10. ab Audientiâ Barenſi, Vivius *deciſ.* 418. à Scabinis Lipſienſibus, Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.* 8. *def.* 26. Hanc opinionem Friſiæ Curiam ſequi refert Sandius *de Prohibit. rer. alienat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 24. Plurimos ejuſdem ſententiæ authores congeſſerunt Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 8. *tit.* 9. Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 87. Caſtillo *Controv. libr.* 3. *cap.* 19.

num. 219.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

num. 219. Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. Barry *de Succeſſ. libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 4. Præſumitur teſtator ex mente legis ad fideicommiſſum vocare eos, quos patria Conſuetudo hæredes conſtituit; Dum verbo plùrium graduum collectivo utitur, lex ipſa ſuppeditat, quinam ſub legitimo *deſcendentium*, *familiæ*, *poſterorum* vocabulo ſucceſſores intelligendi ſint; Nepos non minus, quam patruus hoc nomine comprehenditur; in fideicommiſſis quidem proximitas gradatim attenditur, *l.* 32. §. 6. *l.* 69. §. 3. *ff. de Legat.* 2°. Sed in ordine ſucceſſionis nepos ex lege cum patruo æquè proximus eſt; præterquam quod leges allegatæ Papinianum & Modeſtinum authores habent, quorum tempore inter tranſverſales nondum obtinuerat repræſentatio, Sandius *d. cap.* 6. *num.* 27.

II. Sin autem nominibus propriis ſucceſſores teſtator conſtituit, aut per nomina appellativa non plurium ſed

unius tantum gradus comprehenſiva, veluti *filios*, *fratres*, *nepotes*, eoſdem vocaverit; cenſebitur excluſa repræſentatio; ſeipſum jam explicuit teſtator; neque ex lege inferri poteſt repræſentatio, dum ipſe aliter, quam lex loquitur; ubi verbis plurium graduum collectivis ſimul & teſtator & lex utitur, interpretatio & conjectura ex lege rectè petitur, cum jam eadem hominis, quæ legis vocatio eſt; quod hoc caſu ſecus obtinet; unanimiter itaque D D. tradidére repræſentationem denegandam eſſe, de vi comprehenſivâ vocis *filii* ſolummodo diſputantes, eleganter Ludovicus de Caſanate *conſ.* 59. *num.* 3. *& ſeqq. poſt Menochium, Valaſcum, Pariſium, Covarruviam, Bellonum, Acoſtam alleg.* latè Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 629. *num.* 16. *& ſeqq.*

III. Proximitas non ſemper ex ſanguine, ſed quandoque etiam ex ſucceſſione deſumitur; Nepos cum pa-

truo

truo in eodem ſucceſſionis gradu eſt, Peregrinus *de fideicomm. art.* 21. *num.* 9. *&* 10. Mantica *de Tacit. & ambig. convent. libr.* 22. *tit.* 18. *num.* 7. Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 2. *verſ. & reſpondendo.* Sanguinis gradus extenſivus dicitur fieri intenſivus ratione repræſentationis, Mattheacius *de Legat. & fideicomm. libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. Primogenitus & reliqui fratres quoad ſanguinem pares ſunt; quoad ſucceſſionem tamen, ubi ex lege municipali non concurrunt, hic in primo, illi in ſecundo gradu poſiti dicuntur, Fuſarius *de Subſtitut. quæſt,* 357. *num.* 3. Deckherus *libr.* 1. *diſſertat.* 11. *num.* 24.

IV. Quod ſi ſucceſſores *ſalvâ gradus prærogativâ* teſtator ſibi ſcripſerit, quamvis ex legis beneficio in eodem gradu poſitus cum patruo cenſeatur nepos, gradusque repræſentari, non corrumpi dicatur, nihilominus repræſentationi ex hâc clauſulâ derogatum judicabitur; nullius alioquin effectus hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

verba forent, cum tamen è converſo ex naturali ſignificatione excluſionem vicariæ ſucceſſionis operentur; nullo alio ſenſu hæc adjicere potuit teſtator, quam ut naturalem graduum veritatem amplexus fictionem legis à ſucceſſione ſuâ ſecluderet; graduum diſtinctionem tollit & ſupplet repræſentatio; gradus autem hîc reverâ attendi expreſsè teſtator jubet, uti etiam relatis in utramque ſententiam DD. & argumentis concludit Robles *de Repræſentat. libr.* 3. *cap.* 10. Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 419. *num.* 24. Barboſa *de Clauſul. cap.* 138. Judicatum tradit Paſchalis *de Virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 26.

L² 507-7 V. Conſtituto fideicommiſſo ne durante ſecundo conſanguineorum gradu bonorum fiat alienatio; contigit ex duobus fratribus in ſecundo gradu poſitis ante fideicommiſſi perceptionem alterum decedere, relicto tamen filio; quæſitum fuit an onus teſtamento impoſitum etiam hunc tangat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

gat, cum per repræſentationem ſecundum gradum occupet, licet in tertio poſitus? ad favorem, non ad gravamen repræſentatio inſervit. Ex fideicommiſſo quidem filius hæreditatem conſequitur, ſed in eo gradu, ubi alienationis prohibitio accepit finem; ſanguinis, non ſucceſſionis gradus hîc conſiderandi ſunt; quod ſi contrarium ſtatuas, duo patrueles reſpectu teſtatoris in eodem tertio gradu poſiti, ſi pauco poſt tempore moriatur patruus, unus cum fideicommiſſi onere, alter liberè bona capiet ex unâ eâdemque vocatione & teſtamento; mors paterna filio onus imponeret, non voluntas teſtatoris ab initio formata; in ſecundo gradu per repræſentationem lex filium ponit, non teſtator; ab elogio autem, non lege emanat alienationis prohibitio; Stricti juris & odioſa quoad gravatum cenſetur fideicommiſſi conditio, neque temerè ejus capienda præſumptio eſt, Theſſaurus *deciſ.* 648.
 num. 8.
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

nu. 8. Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 75. Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 18. *def.* 4. Caſtillo *de Conject. ultim. volunt. libr.* 4. *cap.* 9. *num.* 2. Reviſionis apud nos Judicium, confirmatâ Curiæ ſententiâ, filium horum bonorum absque onere hæredem declaravit, 15. *May* 1672. *in causâ van Johan Gerobulus cum ſocio Impetranten van reviſie ende Mr Willem de Gruyter Raed Ordinaris alhier cum ſocio quae. qa. gedens.*

VI. In fideicommiſſis ab avo vel patruo relictis, ubi de repræſentatione agitur, gravantis, non gravati proximitas ſpectanda eſt, Menochius *libr.* 2. *conſ.* 124. Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 8. *tit.* 12. *num.* 39. & 41. Joan. Franciſc. Andreolus *Controv.* 143. *num.* 14. Barry *de Succeſſ. libr.* 8. *tit.* 7. *num*, 9, Teſtatori enim, non hæredi gravato ſucceditur, *l.* 84. *ff. de hæred. inſtit. l.* 41. §. 3. *ff. de Vulgar. & pupill. ſubſtit.* Verior ſententia eſt in fideicommiſſo ſimplici, aut quod ſemel tantum deferendum eſt inſtar vulgaris ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ſubſtitutionis, proximitatem teſtatoris ſpectandam eſſe, ſecus quam in fideicommiſſo perpetuo aut per varios gradus ſucceſſivo obtinet, Mattheacius *de Legat. libr.* 2. *cap.* 15. *num.* 18. Flores de Mena *Practic. quæſt. libr.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 28. Barry *de Succeſſ. d. tit.* 7. *num.* 45. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 74. *num.* 17.

VII. Extra omne autem dubium eſt teſtatoris proximitatem in fideicommiſſis ſpectandam eſſe, ſi ut plurimum fieri ſolet, pronomina meus vel ſuus poſt hæredum vocationem adjecta fuerint, Mainardus *libr.* 5. *deciſ.* 52. *nu.* 1. Theſſaurus *deciſ.* 64. *in fin.* Forſterus *de Succeſſ. ab inteſt. libr.* 3. *cap.* 30. *n.* 20.

VIII. Si vero proximiores nominatim aut expreſsè non vocaverit teſtator, ſed alienationem ſolummodo bonorum interdixerit, gravati proximitas inter teſtatoris conſanguineos præferenda erit, nihil enim quoad ſucceſſionem, ſed tantum quoad alienationis prohibitionem diſpoſuit, Leeuwen *in*

Cenſ. forenſ. libr. 3. *cap.* 8. *num.* 11. *poſt Clarum, Peregrinum, Caſtillo ibid. allegat.* Sempronia inſtituto filio & defunctorum filiorum nepotibus, teſtamento declaravit ſe nolle bona ſua devolvi extra gradum cognatorum ſuorum; eâ defunctâ unus nepotum moritur; contendunt ſuperſtites cum patruo de hæreditate; judicavit Friſiæ Senatus in hujuſmodi nepotis ſucceſſione fideicommiſſariâ patruum patruelibus præferendum eſſe denegato repræſentationis jure; gravato enim, non teſtatrici ſucceditur, quippe quæ tantum caverit, ne bona ſua in extraneos tranſmitterentur, ſuccedendi ordine juris communis diſpoſitioni relicto, quo patruus ab hæreditate patruelem ſecludit, Sandius *libr.* 4. *tit.* 5. *def.* 6.

L² 521-31 IX. In fideicommiſſis ab avo conſtitutis, ubi proximiores vocati fuerint, plurium filiorum nepotes defuncto ſine liberis patruo, non in capita ſed in ſtirpes veniunt, cum gravanti

vanti avo ita ab inteſtato ſucceſſiſſent, judicatum refert Mean *ad Jus Leodienſ. obſervat. 74. num.* 15.

X. Mevius filios ſuos hæredes inſtituit, & ſi ſine liberis decedant, filiam ſuam & ipſius hæredes iiſdem ſubſtituit; moritur filia relictis filiabus & ex prædefunctâ filiâ neptibus; decedit maſculorum ultimus improlis; filiæ excluſis neptibus ſe proximiores arbitrantur, quia hæredis appellatio primum continet, *l.* 8. §. 1. *ff. de Vulgar. & pupill. ſubſtit. l.* 70. *verſ. veluti, ff. de Verb. Signific.* Neptes hæredum vocabulo ſe quoque comprehendi regerunt, cum hæredis hæres eo etiam nomine venit, *l.* 65. *l.* 170. *ff. de Verb. Signific.* Parlamentum Burdigalenſe neptes excluſit, admiſſis ſolis filiabus, Autumnus *en ſa conference ad l.* 70. *ff. de Verb. Signific.* Mihi potior cenſetur neptium cauſa, dum cum materteris admitti poſtulant; non enim de avunculi magni hæreditate agitur, cui per repræſentationem ſuc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

cedere nequeunt, ſed de fideicommiſſo ſimplici, non ſucceſſivo per avum relicto; cujus ab inteſtato cum materteris ſunt hæredes.

XI. Patruus ſub nomine collectivo fideicommiſſum relinquit; quomodo hæreditas dividetur? ſi fratres tempore mortis ſuperſint, in ſtirpes facienda diviſio eſt, per repræſentationem enim tanquam ab inteſtato ſucceditur; in capita vero ſi nepotes ſoli exiſtant, cum jam ex propriâ perſonâ ad fideicommiſſum invitati intelligantur, judicatum profert Faber *in C. S. libr. 6. tit. 20. def.* 11.

XII. Inſtituto hærede filio unico parens teſtamento cavit, ut ſi ſine liberis decedat, ad proximiores revertatur hæreditas; exiſtente fideicommiſſi caſu teſtatoris ſoror, uti amita & proximior hæres defuncti patrimonium petit, ſecluſis ex fratre Sempronio nepotibus; cauſam è contrario illi agunt, ut licet defuncto patrueli per repræſentationem ſuccedere nequeant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ant, in fideicommiſſis tamen diſparem eſſe rationem, ubi non defuncti hæredis, ſed gravantis patrui proximitas ſpectanda veniat, cui ex repræſentationis privilegio ſimul cum amitâ ſucceſſores forent, pro nepotibus deciſum narrat Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 74. *num.* 14.

XIII. Teſtator fratrem Titium hæredem ſcripſit, & ſi ſine liberis decedat, ſanguine proximos eidem ſubſtituit; Tres ex alio fratre nepotes tempore mortis teſtatoris fuére proximi; ex his duo relictis liberis ante hæredem inſtitutum decedunt; quæſitum fuit an parentium loco hi quoque cum nepote ſeu patruo ſuo ex fideicommiſſo ſuccedant; pro excluſione ſtat juris ratio; cum enim ultra fratrum filios ſe non extendat vicaria ſucceſſio, juris fictione proximi cenſeri nequeunt, niſi in iis locis, ubi jus iſtud ſe ulterius porrigit, Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 128.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Ex parentis autem tranſmiſſione nihil juris habent, quandoquidem fideicommiſſum ad eos ſolummodo pertinet, qui tempore exiſtentis conditionis reperiuntur proximi in vivis, *l.* 4. *l.* 25. *ff. Quando dies legator.* Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 20. *def.* 13. *&* 38. Noalis *de Tranſmiſſion. caſ.* 1. *numer.* 2. *& ſeqq.* Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 33. *num.* 6.

XIV. Cum itaque in fideicommiſſis tempus evenientis conditionis ſpectetur, conſequens eſt etiam nondum conceptos aut tempore mortis teſtatoris natos per repræſentationem ſuccedere, Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 8. *tit.* 9. *num.* 11. Barry *de Succeſſ. libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 5. Quod enim in ſucceſſionibus requiritur, ut quis tempore mortis, de cujus hæreditate agitur, in vivis fuerit, *l.* 1. §. 8. *ff. Unde Cognat. l.* 6. *ff. de Suis & legitim. hæred.* De inteſtati ſucceſſione, non fideicommiſſo conditionali intelligendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

gendum eſt, in quo ſufficit tempore exiſtentis conditionis natum eſſe, Molina *de Primogen. Hiſpan. libr*, 1. *cap.* 6. *num.* 49. *Alexander, Decius, Molinæus ibid. allegat.*

XV. Cajus plures habens liberos, eoſdem hæredes inſtituit, eosque invicem ſubſtituit, ſi ſine liberis decedant; primus relictâ ſobole moritur; decedit alter ſine prole; quæritur an frater tertius ſecundo ſuccedet, ſecluſo nepote ex fratre primum defuncto? Juris diſpoſitioni non reliquit teſtator ſuccedendi ordinem, ſed ipſe definivit, dum expreſsè de primâ tantum ſucceſſione loquitur; contra nepotem pro patruo judicavit Sabaudiæ Senatus, nullo repræſentationis jure dato, Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 20. *def.* 24. Idem Curia Tholoſana cenſuit, uti refert & exornat Simon d'Olive *libr.* 5. *notabil. quæſt. cap.* 23.

XVI. Inſtitutis per nomina propria liberis aut fratribus, & eorum deſcendentibus appellativo vocabulo

ſubſti-

ſubſtitutis, nepotes cum patruo haud admittendos eſſe nonnulli tradidére, ex eo quod ſucceſſivè demum vocati cenſeantur, quia primo venire debent, qui expreſsè ſcripti ſunt, *l.* 32. §. 9. *ff. de Legat.* 2°. *l.* 57. §. 2. *ff. ad SC^tum Trebell.* Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 8. *tit.* 9. *num.* 8. Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 87. *num.* 22. Sed rectius aliis contrarium placuit, ſive enim per ipſam vocationem & accreſcendi jure, ſive per vulgarem ſuccedere eos velis, utrobique defuncti locum ſeu portionem occupant; & cum patruo hæreditatem dividunt, ita à Senatu Sebuſiano, Parlamento Divionenſi & Friſiæ Curiâ judicatum fuit, poſt Fabrum & Bourvot Sandius *libr.* 4. *tit.* 5. *def.* 3. Idem confirmant Peregrinus *de Fideicomm. art.* 21. *num.* 31. Joan. Franciſc. Andreolus *Controv.* 87. Robles *de Repræſentat. libr.* 3. *cap.* 9. *num.* 17. *& ſeqq.*

XVII. Pater inſtituto filio, filias duas & ex tertiâ nepotes ſubſtituit;

poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

6

poſt mortem parentis relictis quoque liberis filiarum altera decedit; defuncto hærede filio nepotes omiſſi cum reliquis ſubſtitutis admitti poſtulant; eos per ſententiam judicis fuiſſe excluſos ex Ariſmino Tepato notat Barry *de Succeſſ. libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 10. In dubio extenſionem in fideicommiſſis non dari communiter placuit, *l.* 16. §. 3. & 4. *ff. de Teſtament. tutel. l.* 10. *ff. de Liber. & poſthum.* Nihilominus ad ſervandam inter liberos æqualitatem & ut ſubſtitutio per inſtitutionem explicetur, hos nepotes teſtamento includi tradunt Ruinus, Gabrielius, Mantica, aliique quos ſequitur Noalis *de Tranſm. caſ.* 1. *n.* 156. Directa, non tranſverſalis hîc fideicommiſſi ſucceſſio eſt; par & æqualis omnium ratio, reſpectu bonorum, perſonarum, ſanguinis & affectionis; declaravit teſtator liberos parentiũ loco comprehendi, dum per repræſentationem ex prædefunctâ filiâ nepotes vocat; noluit ſuccedendi ab inteſtato ordinem invertere; quoad verba, non

quoad ſenſum omiſſio eſt; & avi & avunculi ex ſuo capite hæredes ſunt; contraria autem fideicommiſſi interpretatio non tantum negativè eos non admitteret, ſed poſitivè à legitimâ ſucceſſione removeret, contrà quam à Papiniano reſponſum eſt, *l.* 102. *ff. de Condit. & demonſtr. l.* 30. *C. de Fideicomm.*

XVIII. In bonis ad quæ perpetuo in familiâ primogenitus teſtamento vocatus fuerit, patruum antevertit nepos, uti poſt acerrimas DD. altercationes jam receptior opinio eſt; ita vocato majore de familiâ Lex 40. Tauri apud Hiſpanos primogenia interpretatur. In hiſce Regionibus repræſentatio ad concurſum, non ad patrui excluſionem prodeſt; Teſtator ad leges patrias reſpicere intelligitur, quæ nuſquam in individuis pro filio nepotem cenſent; familiæ quidem conſervatio præcipuus ſcopus eſt, ubi non tam ætas perſonæ, quam ordo conſideratur lineæ; ſed & in feudis

eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

eadem militat ratio, ubi nihilominus repræſentatio etiam in deſcendentibus ex uſu nulla eſt; Major & primogenitus vocabula ſunt, quæ non niſi ex fictione nepotem comprehendunt; cum autem Mores noſtri repræſentationem in individuis non agnoſcunt; fictitia interpretatio ex iis ceu lege patriâ in teſtamentis peti nequit.

XIX. Nepos avito teſtamento cum avunculo hæres ſub onere fideicommiſſi ſcriptus Legitimæ & Trebellianicæ detractionem habet, quia primum obtinens locum parentis vice ſuccedit; quamvis autem communior DD. opinio inter gravatum purè & ſub conditione vel in diem diſtinguat, receptius tamen eſt utroque caſu idem dicendum eſſe; ita apud nos uſus obſervat; eodemque modo inter avunculum & nepotes per repræſentationem aviæ hæredes judicavit Hollandiæ Curia, Neoſtadius *decis.* 17. Ita à Senatu Friſico deciſum ſcribit Sandius *libr.* 4. *tit.* 7. *def.* 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

L² 536-57

XX. Trebellianica autem in nepotibus validè prohibetur; extenſionem ultra filios filiasque Zenoniana Conſtitutio non patitur, *l. Jubemus 6. §. 3. C. ad SC^tum Trebellian.* Clarus §. *teſtament. quæſt.* 63. Intrigliolus *de Subſtit. cent.* 3. *quæſt.* 71. *n.* 109. Mangillius *de Imputat. quæſt.* 116. *n.* 35. Neque cauſam invertit repræſentatio, quaſi jam nepos cum patruo ſuccedens eâdem portione & jure gaudeat, quibus parens frueretur in vivis; privilegium enim gradui duntaxat conceſſum ad nepotem non tranſit, licet filium repræſentet, Grammaticus *deciſ.* 1. *n.* 5. Nulla differentia eſt, an Nepotes cum thiis concurrant, an vero ſoli ſublatis filiis avo ſuccedant, utroque enim caſu primum occupant gradum; deinde non tantum nepotibus, ſed omnibus indiſtinctè deſcendentibus hoc modo quoad Trebellianicam jus idem competeret, cum in iis finem non habeat repræſentatio.

XXI. Illud de quartarum computatione obiter addendum eſt, Legitimam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

 6

mam & Trebellianicam in hâc Diæce-ſi pro numero liberorum ſeptuncem cum ſemunciâ quandoque efficere, uti etiam deciſum eſt inter hæredes Petri & Anthonii Soll, 17. *Octobr.* 1664. Idem judicatum fuit apud Pedemontanos, Theſſaurus *deciſ.* 252. Avenionenſes, Hieronim. à Laurentiis *deciſ.* 147. Patavinos, Peregrinus *de Fideicomm. art.* 3. *num.* 56. Friſios, Sandius *libr.* 4. *tit.* 7. *def.* 7. Apud Hollandos autem receptum eſt nunquam ſemiſſem excedere duplicis quartæ detractionem, Groenewegen *ad Grotium libr.* 2. *part.* 20. *num.* 19. Leeuwen *in Cenſ. for. libr.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. Quod & alii ſtatuunt, ne plus commodi gravatus quam honoratus conſequatur, Grivellus *deciſ.*107. Padilla *ad Auth. res quæ C. Commun. de Legat. num.* 40. Franciſc. Kinſchotus *reſp.* 19. *nu.* 18. Deckherus *libr.* 1. *diſſert.* 14. *def.* 3.

XXII. De fructuum imputatione, ubi Trebellianica competit, non L² 534-5.

 levis

levis dubitatio eſt; Nepotes cum avunculo ad filiorum conditionem redactos lex cenſet, *l.* 6. §. 1. *ff. de hæredib. inſtit.* & jam æqualis portio inter eos ex lege & teſtatoris judicio competit, *Novell.* 118. *cap.* 1. Inæqualitas autem inde reſultaret, ſi fructus ex fideicommiſſo percepti nepotibus, non autem avunculo in Trebellianicam portionem imputandi forent; In Concilio Leodienſi pro nepotibus tractatum refert Mean *obſervat.* 488. Quoties iidem primo loco ſuccedunt, parente ante avum defuncto, fructuum imputationem non admitti docent Molinæus, Menochius aliique, quos citat Mangillius *de Imputat. quæſt.* 125. *num.* 20. Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 265. *num.* 30. *& ſeqq.* Græveus *concl.* 133. *in fine.* Vinnius *libr.* 2. *quæſt.* 29. Judicata referunt Ferrerius *ad Guidon. Papæum deciſ.* 51. Mainardus *libr.* 5. *deciſ.* 51. Durantus *Cur. Tholoſan. quæſt.* 121. La Roche *libr.* 6. *tit.* 63. *arr.* 12. Con-

trarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

 6
trarium ſuprà relata argumentatio & expreſſa legis verba evincunt, conceſſo ſolis primi gradus liberis hoc privilegio, adeo ut nepotes proximitate ſanguinis deſtituti, fictione gradus à fructuum imputatione liberari nequeant, Peregrinus *de Fideicomm. art.* 49. *num.* 62. Merlinus *de Legitim. libr.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 48, Barry *de Succeſſ. libr.* 15. *tit.* 5. *num.* 6. Idque moribus noſtris receptum eſt; & deciſum narrat Vivius *libr.* 3. *deciſ.* 402. Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 25. *def.* 4. Chriſtinæus *vol.* 1. *deciſ.* 318. *num.* 36. Sandius *libr.* 4. *tit.* 7. *def.* 6.

XXIII. Idem eſto judicium de cautione reſtituendi fideicommiſſi, quam Zeno liberis primi gradus eâdem Conſtitutione remiſit; nepotes enim detractâ legitimâ cautionem præſtare tenentur, etiamſi ſublatis è medio parentibus primum obtineant locum, Curiæ Grationopolitanæ arreſtum noviſſimè exhibuit Joannes Guido Baſſetius *libr.* 5. *tit.* 9. *arreſt.* 2. L² 55, -6

XXIV. Cum per repræſentationem nepos ab avo ſub fideicommiſſi onere cum amitâ ſcriptus eſſet hæres, prohibitâ Trebellianicâ, & fructuum uſu ad triceſimum annum ſuſpenſo, fato fungitur; mater ipſi ſuperſtes legitimam ex avitis filii bonis petit; objicitur de bonorum reverſione pactis dotalibus adjecta ſtipulatio, quâ legitimæ etiam renunciatum mores interpretati ſunt, Neoſtadius *de Pact. Antenupt. obſerv.* 2. *&* 3. Rodenburch *de Jur. quod oritur ex ſtatut. diverſ. tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *&* 5. Nihilominus pro matre pronunciatum fuit; inverſo ſucceſſionis ordine & fideicommiſſo hæreditati impoſito à dotali conventione receditur; ſuo, non alieno facto hæreditate filii ſe privari conſenſit mater; renunciatio autem vel pactum dotale non jam ipſam excludit, ſed fideicommiſſi introductio; ex Trebellianicæ & fructuum prohibitâ perceptione enixa ad matrem ſubmovendam avi pateſcit operatio; Pacto-

rum

rum dotalium, quibus ipſe ſubſcripſit, ab inteſtato quoad ſucceſſionem nulla efficacia eſt, ſubſtitutis ab eo per fideicommiſſum hæredibus; alterato proindè pacto ejus quoque vigor ſubvertitur, neque remanet in ſuo ſtatu renunciatio; reverſionis bonorum clauſula in excludendis parentibus, uti odioſa, ſtrictiſſimam ex uſu ſemper obtinuit interpretationem. Patrem quoque pactis dotalibus à ſucceſſione ſecluſum, condito teſtamento hæredem eſſe, neque removeri, licet filius eoſdem inſtituerit, qui antenuptiali conventione deſignati forent, adſtruit D. Weſel *de Pact. Dotalib. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 34. *& ſeqq.*

XXV. In fideicommiſſis repræſentationi in dubio locus non datur, Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 87. *num.* 2. Caſanate *conſ.* 59. *num.* 17. *& ſeqq.* ubi de moribus Arragonum idem tradit. Generaliter eam nunquam præſumi judicatum refert Ciarlinius *Controv. forenſ. cap.* 81.

Sed rectius diſtinctio cauſam dirimit, ut in dubio ea, tanquam jus noſtrum commune & municipale, admittatur, ubi ab inteſtato locum habet, aliis vero caſibus in fideicommiſſis deneganda judicetur, uti poſt Caſtillo ſcripſit Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 131.

XXVI. In teſtamentariis diſpoſitionibus & fideicommiſſis ſtrictè loquendo repræſentatio quidem nulla eſt, ſed ex præſumptâ defuncti mente potius jus propriæ vocationis, & teſtatoris diſpoſitio ad hæreditatem per modum repræſentationis dividendam; Caſus autem & conjecturas repræſentationem in fideicommiſſis admittentes aut denegantes latiſſimè diſcutiunt Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 8. *tit.* 9. Menochius *libr.* 4. *præſumpt.* 95. Peregrinus *de fideicomm. art.* 21. Intrigliolus *de Subſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 87. Petra *de Fideicomm. quæſt.* 11. Mattheacius *de Legat. libr.* 2. *cap.* 6. Faber *de Error. Pragmatic. decad.* 55. *error.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

rror. 6. *& ſeqq.* Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. Barry *de Succeſſ. libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 5. *& ſeqq.* Tomaſius *de Primogenitur tit.* 10. *cap.* 3. Robles *de Repræſentat. libr.* 3. *cap.* 8. *&* 9. Cenſalius *in obſervat. ad Peregrinum de fideicomm. d. art.* 21.

CAPUT VII.

De collatione ſeu imputatione in caſu repræſentationis.

I. *Nepos per repræſentationem confert.*

II. *Quid ſi à paternâ hæreditate abſtineat.*

III. *De particularibus patris in avitâ hæreditate debitis.*

IV. *De eo, quod avus pro delicto filii ſui expendit.*

V. *An nepotes in patrui hæreditate conferant, quod pater ipſorum debuit,*

VI. *Quid ſi in avitâ hæreditate inter ſeſe ſoli concurrant.*

VII. *Si*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

VII. *Si avus condito teſtamento deceſſerit, an locum habeat imputatio.*

VIII. *Quid ſi imputatio nepotum legitimam abſorbeat.*

IX. *De collatione avi teſtamento nepotibus injunctâ.*

X. *De nepotibus in dote maternâ ab avo inſtitutis.*

XI. *Ex repræſentatione nepos, ſi non ſit hæres, paternis creditoribus non obligatur.*

XII. *De donatione vivo patre in nepotem collatâ.*

XIII. *Si dotata neptis hæreditatem avi repudiet, cui accreſcat ipſius portio.*

XIV. *An nepotes cum thiis hæredes ſcripti maternam dotem conferant, ſi ea hæreditatem repudiaverit.*

XV. *De collatione dotis matri à fratre ſuo datæ.*

XVI. *De dote per patruum nepti conceſſâ.*

Ea nepotes patrem repræſentando in avitâ hæreditate conferunt, quæ parens vivus conferre tenectur, *l.* 17. *l.* 19. *l.* 20. *C. de Collation.* Zans *de Diviſ. bonor. libr.* 4. *cap.* 13. *num.* 44. Brunnerus *de Collation. cap.* 3. *num.* 113. & 114. Nam è converſo filiis in commodum ipſorum idem propter repræſentationem incumbit, *d. l.* 19. *verſ. talem.* Gomezius *ad Leg. Taur.* 29. *num.* 6. *verſ. Octavo.* Valaſcus *de Partition. cap.* 12. *num.* 53. & *ſeqq.*

II. Quod ſi vero à paternâ hæreditate abſtineant & nihil ex rebus conferendis ad ipſos pervenerit, ceſſare collationem, licet per repræſentationem cum patruis avo hæredes exiſtant, latè tractat Herbajus *Rer. Quotidian. cap.* 9. Judicatum refert Valaſcus *d. cap.* 12. *num.* 63. Vir bonus, inquit Juriſconſultus, non arbitrabitur id conferendum, quod quis nec habuit, nec

dolo

dolo aut culpâ deſiit habere, *l.* 2. §. 2. *ff. de Collat. bonor. l.* 6. *C. de Collation.* Verum patrui hoc caſu in gratiam nepotum conferunt, D D. *ad l.* 19. *C. de Collation.* Æquitas itaque poſtulat, ut idem ſit nepotum, repudiatâ paternâ hæreditate, onus quo partem in collatis thii quoque conſequantur; nepotes paternum intrantes gradum tantam capiunt portionem, quantam parens vivus habuiſſet, *Novell.* 118. *cap.* 1. Juſtiniani Conſtitutio non diſtinguit an nepotes parentium ſint hæredes, nec ne; vel an aliquid de datis acceperint, & nihilominus generaliter collationem iiſdem injungit, *l.* 19. *C. de Collation.* Apud nos olim nepotes avo hæredes non erant, donec repræſentationis privilegio in lineâ rectâ per Carolum Quintum introducto ad avitam hæreditatem demum vocati ſint. Non præſumitur Imperator repræſentationis beneficium nepotibus indulſiſſe, relicto collationis incommodo thiis, qui omnem antea hære-
ditatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

litatem ſoli jure occuparant; Neque ulla ratio ſuadet ut melioris conditionis nepotes, quam ipſorum parentes cenſeantur; Major æquitas eſt ut factum parentis dilapidantis filio, quam fratribus præjudicet, adeo ut nepotum portioni hæc juſtius imputentur, Berlichius *part. 2. deciſ. 247. num. 14. & ſeqq.* Barry *de Succeſſ. libr. 14. tit. 4. num. 5.* Heigius *part. 1. quæſt. 24. num. 37.* Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv. 78. num. 17. & ſeqq.* Vinnius *de Collation. cap. 12. num. 1.* Pro collatione etiam, licet nepotes paternam hæreditatem repudiaverint, judicavit Curia Pariſienſis, Choppinus *de Privileg. Ruſticorum libr. 3. part. 3. cap. 9. num. 1.* Tholoſana, Mainardus *libr. 8. cap. 58.* Sabaudica, Faber *in C. S. libr. 2. tit. 3. def. 17.* Mechlinienſis, Chriſtinæus *vol. 4. deciſ. 2. num. 7.* Ita apud Armoricos deciſum refert Belordeau *ad Conſuet. Britann. art. 596.* Apud Saxones, Carpzovius *part. 3. Conſt. 11. def. 33.* Idem docent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

cent Pythæus *ad Conſ. Trecenſ. art.* 142. Autumnus *en ſa conference ad l.* 19. *C. de Collation.* Delommeau *ad Conſuet. Andegav. art.* 261. Berault *ad Conſ. Normann. art.* 434. Duret *ad Conſuet. Veromand. art.* 88.

L² 566-12 III. De particularibus debitis major dubitatio eſt; Pater ſi quid filio ſuo mutuo dederit, aut ex fidejuſſione pro ipſo ſolverit, in eo creditor, non pater eſt; neque ad æris alieni exolutionem tenetur nepos, ſiquidem repudiatâ paternâ hæreditate, ex gradus repræſentatione nulla profluat obligatio, *l. 7. ff. Unde Liberi.* Et quamvis ſaltem moribus ex patris perſonâ nepotem ſuccedere ſtatuas, à Lege tamen ſeu Conſuetudine, non patris facto hoc conſequitur; ita Lipſienſes cenſuére nepotem repudiatâ patris hæreditate ad ejuſdem debita in avitâ ſucceſſione non teneri, Carpzovius *libr. 6. tit. 7. reſponſ.* 72. Quamvis autem patris factum ex repræſentatione per ſe nepotem paternis debi-

tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

tis non adſtringat, Lex tamen ipſa ſeu Conſuetudo in avitâ hæreditate hanc obligationem eidem impoſuit, cum alioquin non portio cum paternâ æqualis, ſed diverſa obtingeret, contrà quam ab Imperatore indiſtinctè conſtitutum fuit, *Novell.* 118. *cap.* 1. Si quid patrui ex hoc capite hæreditati debeant, eorundem imputatur portioni; urget itaque hîc etiam imputationem æqualitatis ratio; durum foret patruos in gratiam nepotum primum ſua exſolvere & inſuper fratris debita unà ferre, quæ ſanè liberis ipſius æquius incumbunt, in quam ſententiam Facultas Juridica Wittebergenſis reſpondit, Berlichius *part.* 2. *deciſ.* 247. *num.* 8. & 9. uti etiam Scabini Breſlavienſes, Carpzovius *d. reſponſ.* 72. *num.* 4. Idem de Gallorum Moribus adſtruunt Charondas *in obſerv. verb. Collatio.* Duret *ad Conſuet. Aurelian. d. art.* 307. Godefroy *ad Conſuet. Normann. art.* 359. Guerinus *ad Conſuet. Pariſ. art.*

304. Judicata exhibent Annæus Robertus *Rer. judicat. libr.* 2. *cap.* 5. Veſtius *arreſt.* 138. Brodeau *in not. ad Louet lit. R. cap.* 13. Corbin *arreſt.* 79. Boguier. *lit. R. arreſt.* 19.

L² 561-4
L² 567-15

IV. Eodem modo nepoti etiam non hæredi imputandum eſt, ſi quid avus pro delicto patris ſeu filii ſui expendit; naturæ inſtinctus & neceſſitas ſolutionem à parentibus quaſi extorquet, ne liberos poſt delictum ſequatur condemnatio, aut latæ in eos ſententiæ executio; quâ de causâ ſemper in dubio conferendum eſt, ſi quid ex hoc capite, pro ipſis ſolutum fuerit, Mangillius *de Imputat. quæſt.* 40. *num.* 33. Tuldenus *ad tit. C. de Collation. num.* 12. Vinnius *de Collation. cap.* 13. *num.* 10. Nepotis autem major quam paterna portio eſſe non poteſt, *Novell.* 118. *cap.* 1. Ita in caſu repræſentationis à Senatu Concilii Leodienſis reſponſum fuit, Mean *obſervat.* 376.

V. Sunt qui non tantum in avitâ hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

hæreditate nepotem abſque diſtinctione, ad particularia patris debita teneri exiſtimant, ſed etiam in patrui ſucceſſione, ne ex parentis obitu melior nepotis, patrui deterior cauſa fiat, quod duplici Facultatis Juridicæ Viadrinæ reſponſo nuperrimè firmavit Brunnemannus *ad l. 1. ff. de Collation. num.* 6. Si patris ſit hæres, rectè ad ſolutionem obligatur nepos, non vero ſi ipſius hæreditatem repudiaverit; Non ex collationis ratione, ſed hæreditatis aditione inter tranſverſales imputatio ſequitur; Si quid ex debito chirographario aut præſtitâ pro ſe fidejuſſione pater debuit, liberos non tangit; neque enim tenentur ex perſonâ propriâ, quippe qui cum patruo non contraxerunt, neque ex perſonâ patris, cui hæredes non exiſtunt; ſucceſſionem patrui à lege, non à patre conſequuntur; ſola repræſentatio per ſe neminem debitis involvit; eandem quidem nepotibus, quam fratri lex aſſignat portionem, *Novell.* 118. *cap.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

& patrui tenentur exſolvere, ſi quid hæreditati debeant; verum extraneorum jure in eo cenſendi ſunt; alia quoad avitam hæreditatem ſubeſt ratio; in lineâ deſcendenti, non collaterali neceſſaria ſucceſſio eſt; & ſic anticipatæ hæreditatis inter liberos extat præſumptio; hæc debitorum imputatio revéra collatio eſt, aut ejus ſaltem vices ſupplet; collatio autem ex communi D D. opinione inter tranſverſales non obtinet; Nepos itaque, cum nihil ad ipſum pervenerit, jure repræſentationis patruo ſuccedens, ſi patris hæreditatem repudiaverit, ad ipſius debita cohæredibus non obligatur, judicata profert Carpzovius *part. 2. deciſ.* 165.

VI. Quoties nepotes ſoli ſuccedunt, communior ſententia eſt non teneri in avitâ hæreditate conferre, qui paternâ abſtinent, cum jam omnes abſque repræſentatione æquè proximi ſint, neque ex gradu aut perſonâ defuncti, neque ex perceptione re-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

rum conferendarum ad collationem adſtringantur, Vitalis Nemauſenſis *de Collation. cap.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 31. Berlichius *part.* 2. *deciſ.* 247. *num.* 3. Hanc uſu inveteratam opinionem teſtatur Carpzovius *part.* 3. *Conſt.* 11. *def.* 34. Contraria nihilominus ſententia juri magis congruit; Stirpium ubique inter deſcendentes, non capitum ſucceſſionem Lex format, *l.* 2. *C. de Suis & legitim. hæred.* Nepotes in collatione conſiderandi ſunt, quaſi omnes unus eſſent, inquit Celſus *in l.* 7. *ff. de Collation. bonor.* Sive cum thiis concurrant, ſive abſque iis avo ſoli ſuccedant, idem hæreditatem dividendi modus eſt, & eadem hæredum per repræſentationem portio; ne itaque una ſtirps minus, quam altera conſequatur, ſuadet collationem faciendam æqualitatis ratio, ita Ruremundenſibus placuit, *part.* 3. *tit.* 9. *num.* 2. Quod latius ex jure repræſentationis deducunt Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 78. *num.* 22. & D. Weſel *de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Pact. Dotalib. tract. 2. cap. 6. nu. 148.

VII. Quæ de imputatione vel collatione diximus, ubi nepotes avi, non patris hæredes bona dividunt, non ſolum ab inteſtato locum habent, ſed etiam ubi condito elogio fati munus defunctus adimplevit, *Auth. ex teſtamento C. de Collation. Novell.* 18. *cap.* 6. Berlichius *d. deciſ.* 247. *num.* 29. *& ſeqq. Vitalis Nemauſenſis & Heigius ibid. allegat.*

VIII. Hæc autem imputatio quoad legitimam, quæ ſalva competit, non procedit; plurimi quidem ex iis, qui collationem à nepotibus paternâ hæreditate abſtinentibus faciendam docuére, legitimam eorum ſub hoc onere quoque comprehendunt, à collatione ad imputationem in legitimam argumentantes; Dos quam forte mater renunciando percepit, ex Canonum jure legitimæ locum capit; ne itaque duplici legitimâ prægravetur hæreditas, imputationis onus, quod maternæ inhæſit, ad nepotum

tum legitimam tranſit ex eorum ſententiâ, ita à Senatu Sabaudico deciſum refert Faber *in C. S. libr. 2. tit. 3. def.* 18. & in Brabantiæ Curiâ indiſtinctè admitti adſerit Deckherus *libr. 2. diſſertat. 6. in fin.* Ita etiam à Batavis reſponſum extat, *part. 5. conſ.* 257. Ubi nepotes matris ſunt hæredes difficultas nulla eſt, hoc modo ex collatione imputatio in legitimam ſequitur; ſecus ſi avo, non matri ſucceſſores exiſtant; alia parentis, alia nepotis legitima eſt; ea in viventis bonis non datur, poſt mortem demum competit; Avi creditor hoc nomine per ſe nepos audit; ſuo, non patris jure, à lege, non homine eam conſequitur, *l.* 8. §. 8. *ff. de Inoff. teſtam. l.* 13. *ff. de Injuſt. rupt. teſtam.* Nepotum legitimæ neque avus neque pater ullâ obligatione, renunciatione vel rerum perceptione vim facere cum effectu poteſt; omnem illa gravamen reſpuit, *l.* 30. *l.* 32. *l.* 36. §. 1. *C. de Inoff. teſtam. Novell.* 18. *cap.* 3.

Imputatio autem nonnunquam eandem ex facto parentis contra legis providentiam omnino tolleret; legitima nepotum parentis portio non eſt; quod ſi nepotes eam affectent ſolâ legitimâ non contenti, in tantum rectè exigitur collatio; quod enim plus legitimâ ex hæreditate auferunt, paternam reſpicit portionem, cui ſoli collationis ſeu imputationis onus, non autem nepotum legitimæ lex impoſuit; aliud eſt quid in hæreditariam portionem, aliud in legitimam imputari, Faber *d. def.* 18. *in princip.*

IX. Avus nepotes ſibi hæredes ſcripſit; iiſdem teſtamento collationem injunxit eorum, quæ parens vivus conferre teneretur, poſthabitâ ratione, quod paternam hæreditatem repudiaſſent. Ex teſtatoris voluntate profluens collatio ex aliorum opinione locum capit, etiamſi totam nepotum paternâ hæreditate abſtinentium legitimam in bonis avi abſorbeat, Berlichius *part.* 2. *deciſ.* 247. *num.* 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

& 34. Ex ſuperioribus contrarium evidenter eluceſcit; legitima neque onerari neque minui poteſt; legis diſpoſitioni ne locus ſit in teſtamento nemo facere poteſt; legitima naturæ & legis debitum eſt; nepotibus ex proprio capite ad hoc avus adſtringitur; eo juris vinculo ſe non validè extricat, cum ab ipſius voluntate non dependeat.

X. Idem obtinet, ſi nepotes in dote ſolummodo maternâ avi teſtamento inſtituti fuerint; hæreditate enim matris repudiatâ nihilominus in bonis avi legitima competit; ſin autem ejuſdem hæredes exſtiterint, nulla ipſis prodeſt actio, niſi quatenus dotis datio legitimâ forſan minor reperiatur. Neque illuſoria dicenda eſt inſtitutio, quaſi jam nihil ex teſtamento conſequantur, cum tamen hæredis qualitas non nudum titulum, ſed utilitatem quoque præſupponat; dos enim materna ad computandam avitæ hæreditatis maſſam conferenda eſt,

adeo ut non conferendo retineant, quod alioquin ex teſtamento perciperent, judicatum refert Claudius Henrys *libr. 5. arreſtor. cap. 4. quaſt. 63.*

XI. Quamvis vero quoad cohæredes nepos teneatur conferre aut imputationem pati, ſi eam conſequi velit portionem, quam parens vivus habuiſſet, non tamen reliquis defuncti creditoribus inde fit obnoxius; dum paternam hæreditatem repudiat, per aditionem cum ipſis non contrahit; nepos in patris locum ſuccedit privativè, non tranſmiſſivè, uti docet vulgata Baldi diſtinctio *in l. 2. C. de Liber. præterit.* Quicquid habet per repræſentationem à lege, non patris facto conſequitur, cui hæres non exiſtit, Gratianus *tom. 4. Diſcept. forenſ. cap.* 776. Carpzovius *libr. 6. tit. 7. reſponſ. 72.*

XII. Plotia trium liberorum mater vivo filio quaſdam ædes nepoti donat; bona deinde duplici ſcripto inter liberos dividit, nullâ rei donatæ men-

mentione habitâ; defuncto patre & mox aviâ cum patruis ſuccedit nepos; exigitur ab eo collatio, cum jam per repræſentationem primo gradu ſuccedat, & vice debitæ portionis videatur prævia bonorum conceſſio; Nepos ex ſuo, non patris capite ſe donata poſſidere adſerit; in eo tanquam extraneum cenſendum eſſe; hæreditatis, ad quam jus nullum competiit, anticipationem non dari; vivente patre factam eſſe donationem, cujus mortem avia prævidere nequiverit; contrarium etiam innuere diviſionis actum, latè pro nepote cauſam ediſſerit Claudius Henrys *libr.* 6. *arreſtor. quæſt.* 1.

XIII. Dotem amplam in neptem avia contulit; eâ defunctâ donataria abſtinet; reliqui nepotes ad avitam hæreditatem adſpirant; urget collationem avunculus ut æqualitas inter ſtirpes obſervetur, cum matrem repræſentando nepotes ſuccedant, in cujus perſonâ etiam donataria conſide-

randa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

randa veniat, aut ſaltem ſibi repudiantis portionem competere obtendit; utrumque ex Senatuſconſulto denegatum fuit, & hæreditati accreſcere judicatum, quia totam hæreditatem, non portiones donatio imminuerat, Choppinus *de Morib. Pariſ. libr. 2. tit. 3. num.* 19. *in fin.* Montholon *arreſt.* 109. Autumnus *en ſa conference ad l.* 1. *C. Quando non petent. portion.* Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.* 310. Stirpi alioquin ſeu repudiantis fratribus, non univerſæ hæreditati accreſcendi jus competit, *l.* 11. §. 1. *l.* 12. *ff. de Bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* Quibus tamen hoc jure gaudentibus onus conferendi dotem repudianti ſorori ab avo aviâve conceſſam Pariſienſi decreto injunctum tradit Louetius *lit. D. cap.* 56. & ex eo Barry *de Succeſſ. libr.* 14. *tit.* 4. *num.* 5. *in fin.*

XIV. Mater in legitimâ filiam inſtituens liberos ejuſdem cum avunculis univerſales ſcripſit hæredes; illa hæreditatem repudiat; liberi cum avunculis

unculis adeunt; quæſitum fuit num onferre teneantur, quæ mater præ- eperit; ad collationem non teneri ectè dixeris, quia repræſentando non uccedunt, quamdiu mater viva eoſ- lem antecedit; neque jam uti nepo- es, ſed ut extranei per expreſſam vo- ationem veniunt; & proinde avun- uli vel eorum liberi etiam in com- nodum horum nepotum nihil con- erunt, Gomezius *ad Leg. Taur.* 29. *num.* 7. *verſ. decimo infero.* Valaſcus *de Partition. cap.* 12. *num.* 60. *&* 61. Brunnerus *de Collation. cap.* 3. *num.* 182. *& ſeqq.* Sandius *libr.* 4. *tit.* 10. *def.* 1. Vinnius *de Collation. cap.* 8. *num.* 3.

XV. Soror à fratre dotata ipſius hæreditati futuræ renunciat; illâ fa- o defunctâ liberi per repræſentatio- nem avunculo ſuccedunt; poſtula- ur dotis collatio; lege nepotes ſe de- endunt, ſcilicet inter collaterales non onferri, DD. *ad l.* 9. *C. de Colla- ion.* Neque ex rerum perceptione ſe

obligari,

obligari, cum nihil ex donatis ad ipſorum manus pervenerit; Quod ſi autem matris hæredes fuerint, judicavit Senatus Sebuſianus ceſſante collationis remedio, arbitri familiæ erciſcundæ partes eſſe, ut nepotes cogat ſuæ portioni imputare, quicquid ex causâ renunciationis per matrem ad ipſos fuerit devolutum, Faber *in C. S. libr.* 2. *tit* 3. *def.* 2.

L² 562-6
L² 573-1

XVI. Patruus ſi nepti dotem conceſſerit, nulla collatio eſt, licet per repræſentationem ſuccedat. Ad evitandam inter hęredes inæqualitatem nonnullis contrarium placuit. Donationem propter nuptias à nepote conferendam, ſi avunculi hæres ſit, ex Molinæi ad Rupellanas Conſuetudines notis tractat Mornacius *ad l.* 29. *C. de Inoff. teſtament.* Inter tranſverſales nulla collatio eſt; nulla etiam inæqualitatis ratio, cum vel ipſa hæreditas excluſis reliquis uni in totum relinqui poſſit, ſecus quam in deſcendentibus; Dotem à patruo nepti datam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

am ne quidem in legitimam paternam
mputari aut ab eâ conferri, deci-
um refert Carpzovius *part.* 3. *Conſtit.*
1. *deſ.* 35. Idem de Moribus Luſita-
iæ tradit Valaſcus *de Partition. cap.* 13.
u. 28. latè Mangillius *de Imputation.*
uæſt. 24.

CAPUT VIII.

De diviſione æris alieni in caſu repræſentationis.

. *Ex ſolâ repræſentatione nemo creditoribus obligatur.*
II. *Quando in ſtirpes ſucceditur, repræſentantes in ære alieno pro unâ habentur perſonâ.*
II. *Quid inter aſcendentes obtineat.*
V. *De nepotibus loco parentis in legitimâ inſtitutis.*
V. *De obligationibus individuis.*
VI. *De pignore vel hypothecâ.*
VII. *De regreſſu adverſus cohæredes.*

VIII. *Si*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

VIII. *Si teſtator inter fratrem fratrumque filios hæreditatem ſupremis tabulis diviſerit, an in capita an vero in ſtirpes ſuccedere intelligantur.*

IX. *Quis modus hoc caſu in exolutione æris alieni obſervandus ſit.*

X. *De legatario univerſali.*

XI. *An bonorum diviſio pro inſtitutione inſerviat.*

XII. *Quid ſi partitio totam hæreditatem non abſorbeat.*

XIII. *Si defunctus Ultrajecti obierit relictis alibi bonis, quænam inter repræſentantes ineunda ſit æris alieni ratio.*

XIV. *Quid ſi in Hollandiâ deceſſerit, ubi non tantum filii, ſed & fratrum nepotes repræſentant.*

XV. *De debitis ſuper fundo aut prædio conſtitutis.*

I. Ex

I. EX ſolâ repræſentatione nemo quoad extraneos obligatur; genitoris ſui hæreditate abſtinens nepos recte & avi & patrui ſucceſſor eſt denegatâ paternis creditoribus actione, Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 776. D'Eſpeiſſes *tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 1. *numer.* 27. Carpzovius *libr.* 6. *titul.* 7. *reſp.* 72.

II. Quoad hæreditatem ejus, cui per repræſentationem nepotes ſuccedunt, ſive in lineâ rectâ ſive collaterali, in æris alieni exolutione non in capita, ſed in ſtirpem, quam repræſentant, loco parentis pro unâ perſonâ conſiderantur, Charondas & Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.* §. 332. *&* 335. Gillet *de Tutel. cap.* 32. *verſ. or pour ſcavoir.* Goris *tract.* 2. *cap.* 1 *num.* 2.

III. Aſcendentes, quia nulla inter eos repræſentatio eſt, æqualiter debita hæreditatis exolvunt, Gillet *d. loc. verſ. le ſecond cas.* Quod ſi avus & avia paterni ex unâ parte, ex alterâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

vero non niſi avus maternus concurrant, in tantum poſtremus tenebitur, quantum reliqui duo ſimul luunt, licet enim repræſentationis jure non veniant, repræſentationis tamen modo hæreditatem dividunt, *Novell.* 118. *cap.* 2. Argentræus *ad Conſ. Britann. art.*561.*gl.*1.*nu.*1. Carpzovius *part.*3. *Conſt.* 17. *def.* 3.

L² 381 27

IV. Avus filium ſuum inſtituit, & in filiæ præmortuæ locum nepotes ex eâ hæredes in legitimâ declarat; in æris alieni exolutione quoad creditores nulla nepotum, ſed hæreditatis obligatio eſt; Quoad titulum ad excludendam inofficioſi querelam hæredes audiunt, ratione vero onerum, dato cohærede univerſali, ex communi DD. opinione pro legatariis Lex ipſos habet, *l.*13. *C de hæred. Inſtit.* Valaſcus *de Partition.cap.*17. *nu.* 20. Menochius *de Adipiſc.poſſeſſ. remed.*4. *qu.*22. Faber *in C.S. libr.*6.*tit.*18. *def.*7. *num.*8. *& ſeqq.* Deckherus *libr.*1.*diſſertat.*1. *nu.* 34.

L² 381-28

V. Quamvis autem nepotes non

ex

8
ex ſuo capite ſinguli, ſed ex parentis perſonâ ſimul omnes per repræſentationem unius hæredis vice ſint; quoniam tamen in iis reſidet hæredis qualitas, in individuis non collectivè omnes, ſed ſinguli diſtributivè obligantur in totum, *l.* 2. §. 2. *l.* 85. *ff. de Verb. oblig. l.* 25. §. 10. *ff. famil. erciſc.* Minorem quidem portionem lex iiſdem tribuit, exinde vero non minus hæredes ſunt; in minimâ autem parte hæres æquè per ſe tenetur in ſolidum in individuis, atque hæres in maximâ, Molinæus *ad Conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gl.* 4. *num.* 36. Graſſus §. *Hæreditas quæſt.* 12. *num.* 15.

VI. Ubi pignus vel hypotheca intercedit, in ſolidum per ſe unus ex nepotibus tenetur; perſonam non reſpicit, ſed rem ſequitur obligatio, *l.* 2. *C. de Hæreditar. action. l.* 2. *C. Si unus ex plurib. hæred.* Faber *in C. S. libr.* 6. *tit.* 21. *def.* 1. Coſtalius *ad l.* 55. *ff. de Rei vindicat.* Non quod uti hæres in totum conveniri queat, ſed quia L² 382 - 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

indiviſa pignoris cauſa eſt, ut obligatæ poſſeſſor rei, *l.* 65. *ff. de Evictione.* Excuſsâ hypothecâ ſi quid deficiat, non niſi pro hæreditariâ portione quoad reſiduum obligatur; vel ſi rem obligatam dereliquerit, pro virili conveniendus eſt, Mornacius *ad l.* 2. *C. de hæreditar. action.*

VII. Si quid etiam poſſeſſori deceſſerit, aut per eundem fuerit exolutum, adverſus cohæredes pro hæreditariis portionibus regreſſus datur, *l.* 25. §. 1. *ff. famil. erciſc. l.* 2. §. 2. *ff. de Verb. obligat. l.* 11. §. 23. *ff. de Legat.* 3. Molinæus *de Divid. & individ. part.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 175. Valaſcus *de Partition. cap.* 27. *num.* 11. Goris *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. Aut ſi creditor jus legalis hypothecæ ceſſerit, adverſus unum ex cohæredibus alia hæreditatis bona poſſidentem in ſolidum actio competit, ſuâ portione ſolummodo confusâ, uti arreſtum protulit Tronçonius *ad Conſ. Pariſ. artic.* 333. quod Guerinus ibidem confirmat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

VIII. Mevius univerſa bona inter hæredes ſuos, ſororem ſcilicet & plures ex fratre & ſorore alterâ nepotes teſtamento dividit; pro lubitu autem tum majores, tum minores partes ſingulis aſſignat, quæſitum fuit an per repræſentationem fiat ſucceſſio; Mornacius deciſum refert in capita hoc caſu ſuccedi, in lite ſuper teſtamento Gillotii Senatoris motâ, quia nominatim, inquit, à teſtatore cautum fuerat ut æqualis fieret partitio, *in not. Poſthum. ad l.* 10. *C. famil. erciſc.*

IX. Ex ſuperioribus profluit quænam ratio ponenda ſit æris alieni inter hæredes, ſi ita ſupremas tabulas diviſionis modo teſtator condidit; hæredes ſcripti pro hæreditariis portionibus æs dividunt alienum, licet inæqualiter inſtituti ſint, *l.* 35. §. 1. *ff. de Hæred. inſtit. l.* 1. *C. Si certum petat.* In præmemoratâ quoque lite judicatum fuit pro hæreditariarum partium modo inter defuncti ſororem & nepotes debita exolvenda eſſe, Mornacius *d.loc.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

X. Teſtator inter fratrem ſuperſtitem & ex aliis nepotes de hæreditate diſpoſuit, ſingulis mobilia, bibliothecam, reditus aliaque bona aſſignando; uni quod reliquum foret teſtamento donavit; Cæteri hunc pro legatario univerſali habendum aſſeruére, & proinde debitis obligari in totum; Cum autem hæreditas legatorum multitudine inter legitimos hæredes penitus exhauſta foret, ad debita ſingulos Curia Pariſienſis damnavit, *arg. l.* 90. §. 1. *ff. de Legat.* 1°. Tronçonius *ad Conſ. Pariſ. art.* 334. Verum non juris hæc tantum, ſed præcipué voluntatis controverſia eſt; Ex declaratâ per teſtatorem æqualis partitionis formâ profluxit memoratum Lutetiani Conſeſſus Judicium, uti de eodem annotavit Mornacius *ad l.* 10. *C. Famil. erciſc.*

XI. Quæcunque itaque poſtmodum emergunt teſtamento non enumerata, ad ſingulos æqualiter pertinebunt. Non quidem ex ſolâ diviſione, ſed ex aliis quoque conjecturis & præ-

8
præcipuè ex portionis cuilibet aſſignatæ quantitate videri poterat colligendam eſſe teſtatoris intentionem, an in capita, an vero per repræſentationem in reliquis eos hæredes eſſe voluerit; Veruntamen quoniam diſpoſitio per modum legati, ſi de univerſitate bonorum fiat, inſtitutionem ſapit; quia etiam hæc diviſio ex mente teſtatoris, dum de omnibus omnino bonis loquitur, pro eodem titulo inſervit, *d.l.*90. §.1. *ff. de Legat.*1° omnes voluntatis ratione æqualiter hæredes cenſentur; ut rebus aſſignatis per ſingulos ad modum prælegati in hæreditatis diviſione, ſalvâ tamen Falcidiâ, perceptis, *l.*78. *ff de Hæred. inſtit.* poſthabitâ rerum quantitate & pretio ex æquis partibus, ſi quid emergat, hæredes judicentur, *l.* 9. §. 13. *l.*10. *l.* 11. *l.* 35. *ff. eod.* Gomezius *tom.*1. *cap.*10. *num.* 14. Alvarado *de Conject. ment. defunct. libr.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 14.

XII. Quod ſi non de omnibus defuncti bonis inter ſucceſſores ab in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

teſtato extet partitio, licet pænè exhauſta inter eos legatis fuerit hæreditas, in ſtirpes per repræſentationem, non in capita cum thiis nepotes ſucceſſuri ſunt in eo, quod reſtat aut Falcidiæ nomine inter cohæredes detrahitur, *l.* 35. §. 1. *ff de Hæred. inſtit. l.*22. *ff. ad Leg. Falcid. l.* 17. *C. eod.* Cum enim univerſam hæreditatem diviſione ſeu aſſignatis cuique hæredum portionibus non diſtribuit teſtator, non idem qui ſuperiore caſu, hæredes per bonorum partitionem conſtituendi animus elicitur, ſed legatarii ſimul & hæredes ab inteſtato nepotes cum thiis judicantur; Moribus teſtator etiam pro parte inteſtatus decedit.

XIII. Sejus Ultrajecti moritur; fratrem relinquit & ex defunctis filios & nepotes; illi in omnibus bonis cum patruo ſuccedunt; hi vero ſolummodo in Hollandicis, ubi uno gradu ulterius ſe extendit repræſentatio, in ſtirpes cum reliquis concurrunt; quid juris?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

juris? verius eſt non pro portionibus hæreditariis, ſed pro emolumenti modo ſolutionem faciendam eſſe; fratrum nepotes titulo hæredis quoad bona Hollandica quidem inſigniuntur, verum hæc qualitas univerſalitatem præſupponit; cum tamen hi non niſi ad certum corpus ſeu fundum Hollandicum unà jus habeant, quoad reliqua hæredum qualitate deſtituti.

XIV. Sed quid ſi è converſo in Hollandiâ patruus deceſſerit, eo enim caſu non tantum hæredis titulo, ſed ejuſdem jure quoque gaudent; & in omni patrimonio per repræſentationem veniunt, exceptis ſolis iis immobilibus, quæ loco ſitus extra Hollandiam fratrum nepotes non admittunt; nonnulli ipſos in ſtirpes cum patruis tanquam hæredes, emolumenti quantitate poſtpoſitâ, teneri cenſent; ita Supremus Hollandiæ Senatus æs alienum pro portionibus hæreditariis exolvi voluit, licet alter hæredum in bonis ſoli Brabantici, quæ defunctus

reliquerat, ex lege municipali nihil caperet, Coren *obſerv.* 21. Groenewegen *in not. ad Grotium libr.* 3. *part.* 26. *num.* 4. Alii inter debita in hâc & illâ provinciâ diſtinguunt, *arg. l.* 17. §. 1. *ff. de Teſtam. milit. l.* 16. *ff. de Compenſat.* Rectius factâ totius hæreditatis æſtimatione, eâque in unam maſſam redactâ, æs alienum pro modo emolumenti inter eos dividi tradit Goris *tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. Onera hæreditaria univerſum defuncti patrimonium reſpiciunt, non certi loci facultates, *l.* 50. §. 1. *ff. Judic.* Ex æquitate in ſucceſſionibus hæc receptior opinio eſt, Coſta *de Ration. rat. quæſt.* 24. Gillet *de Tutel. cap.* 29. *verſ. la quatriéſme.* Burgundus *ad Conſuet. Flandr. tract.* 13. *nu.* 34. *& ſeqq.* Judicata referunt Argentræus *ad Conſuet. Britann. artic.* 219. *gl.* 8. *num.* 11. *in not.* Bouot *tom.* 2. *verb. Collateraux quæſt.* 1. *in fin.* Mollerus *libr.* 3. *Semeſtr. cap.* 44.

XV. Dubitatum fuit, an reditus ſuper-

ſuper fundo Trajectenſi conſtitutus etiam à fratrum nepotibus, qui in eo partem non faciunt, lui debeat; exiſtimaverim totius hæreditatis ſeu defuncti, non vero particularis fundi ſeu hypothecæ onus eſſe, niſi in ſubſidium & acceſſoriè tantum, Molinæus *ad Conſuet. Pariſ. libr.* 1. *tit.* 1. *gl.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.* Covarruvias *var. reſolut. libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. Garſias *de Expenſ. cap.* 4. *num.* 42. *&* 43. Gaill *libr.* 2. *obſerv.* 7. *num.* 13. Recepta diſtinctio eſt inter reditus pro pecuniâ numeratâ conſtitutos ſeu redimibiles, quos & volantes vocant, & inter eos, qui principaliter fundum afficiunt, ut in emphyteuſi, cenſu, oneribus publicis videre eſt; hi enim fundi dominum ſequuntur, ſecus quam in aliis obtinet, Valla *de Reb. dub. tract.* 20. *num.* 49. *&* 50. Loſeau *de Deguerpiſſement libr.* 1. *cap.* 3. Coſta *de Ration. rat. quæſt.* 72. Mornacius *ad l.* 50. §. 1. *ff. de Judic.* Grotius *part.* 3. *Conſult. Batav.* 190. *num.* 1. *&* 2.

CAPUT IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

CAPUT IX.

De Repræſentatione conventionali.

I. *An repræſentatio locum habeat in contractibus.*

II. *An pactis dotalibus introduci poſſit.*

III. *De Leodienſium Moribus.*

IV. *De Unione prolium.*

V. *An propter ingratitudinem filii repræſentatio inverti queat.*

VI. *Generaliter in pactis dotalibus quoad favores loco filii nepos venit.*

VII. *An nepos ex filio naturali, quem pater antenuptialibus tabulis legitimum profeſſus eſt, repræſentatione gaudeat.*

VIII. *De repræſentatione conventionali in feudis.*

IX. *Apud nos in dubio non intelligitur in iis introducta.*

X. *Non nominati, licet in eodem gradu exiſtant, non comprehenduntur.*

XI. *In-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

[X]I. *Inſtrumento hæreditatis diviſorio etiam in feudis repræſentatio formari poteſt.*

[X]II. *De actione ad intereſſe propter neglectum Domini conſenſum.*

[X]III. *De reverſionis bonorum clauſulâ in pactis dotalibus quoad repræſentantes.*

[X]IV. *An condito teſtamento ea intercidat.*

[X]V. *Fratres inſcio fratre improle convenire nequeunt, ut repræſentatio ſtatuto excluſa in ipſius ſucceſſione admittatur.*

XVI. *An ea pro nepotibus declarata poſtmodum immutari poſſit.*

I. NEpos quidem in contractu concurrere, imo & patruum excludere poteſt, ſi hoc inter contrahentes actum fuerit; Perſona alioquin in ſtipulationibus non venit, niſi expreſſa. *l.* 126. §. 2. *ff. Verb. obligat*. In contractibus non admitti repræſentationem

tionem docet Valaſcus *conſult.* 122. *num.* 24. Caldas Pereira *libr.* 1. *quæſt. forenſ.* 19. *num.* 18. & latius Robles *de Repræſentat. libr.* 3. *cap.* 12. Ex naturâ rei & contrahentium mente interpretandum eſt, quales perſonæ in conventione deſignentur; repræſentatio enim à contractibus non omnino ſecluditur, Covarruvias *Practic. quæſt. cap.* 38. *num.* 12. Caſtillo *libr.* 3. *Controv. cap.* 16. *num.* 252. *& ſeqq.*

II. Pactis dotalibus repræſentatio validè introducitur in iis locis, ubi conſuetudine non obtinet, cum non ſit de genere prohibitorum, uti demonſtrat Præſes Everardus *conſ.* 231. *num.* 30. *& ſeqq.* Deciſum referunt Veſtius *arreſt.* 90. & Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 55. *num.* 2. Franci veteres & Belgæ, quorum Moribus vicaria ſucceſſio ne quidem inter deſcendentes inoleverat, in ipſo matrimonii contractu fuére ſoliti eandem futuris nepotibus largiri, uti ex Molinæo, Charonda, Choppino ſupra annotatum

eſt;

eſt; tantoque favore nuptiales tabulas iis caſibus proſecuti ſunt, ut extenſionem pati hanc ſtipulationem cenſuerint, & ad reliquos, etiam non nominatos pertinere, ſi uni ex filiis hoc ſucceſſionis beneficium fuiſſet conceſſum, quod ſolenni arreſto comprobat Molinæus *ad Conſ. Sylvanectenſ. art.* 139.

III. Apud Leodienſes in bonis cenſualibus extra urbis terminos maſculi fœminas ſecludunt; quod ſi autem in elocandâ filiâ pactis dotalibus conventum fuerit, ut unà cum fratribus ſit parentibus ſucceſſura, authoritate hujuſce clauſulæ nepotes neptesque eâ defunctâ cum avunculis per repræſentationem ad avitam hæreditatem veniunt, à quâ alioquin, uti ex filiâ progeniti, ipſo jure arcendi forent, quod de ipſorum Moribus tradit Mean *obſerv.* 70. *num.* 15. & 16.

IV. In iis quoque locis ubi prolium unio apud Germanos frequentatur, repræſentatio hujuſmodi pactis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

incluſa cenſetur; nam & is, qui ex adoptivo natus eſt, nepotis locum obtinet, ex Juliani ſententiâ *in l.* 27. *ff. de Adoption.* Latius hoc proſequitur Rickius *de Union. prolium cap.* 7. *num.* 116. *& ſeqq.*

V. Sed quid ſi filius poſtmodum ingratus fuerit, an conceſſa repræſentatio per ipſius exhæredationem poterit immutari? verius eſt eo mortuo conventionem nihilominus effectum ſortiri; præcipua hujus obligationis intentio & finis eſt de liberis naſcituris & poſteritati providendo; non in filii ſolius, ſed nepotum præcipuè favorem concepta ſtipulatio eſt; Antenuptialis pactio quatenus nepotes reſpicit, propter filii ingratitudinem non reſcinditur, Godefroy *ad Conſ. Normann. artic.* 244.

VI. Generaliter, quæ in filiorum favorem à futuris conjugibus conſtituta ſunt, parentum loco ad nepotes quoque pertinent; prioritas gradus munificentiam non tribuit, ſed ſanguis

guis & nativitas; Eadem in nepotibus quæ in filiis militat benevolentiæ ratio; comprehenſiva, non extenſiva interpretatio eſt, quæ ſub filiis in pactis dotalibus nepotes denotat, Surdus *deciſ.* 73. Fontanella *de Pact. antenupt. clauſ.* 10. *gl.* 1. *num.* 58.

VII. Titius filium nothum & naturalem matrimonio jungit, eumque præſentibus conſanguineis legitimum in pactis dotalibus deſignat & nominat, qualem etiam fama conſentiens profeſſa eſt; Hic relicto ex ſe filio decedit, qui uti nepos jure repræſentationis cum altero Titii filio avi hæreditatem petit; Patruus nepotem arcet tanquam ex naturali, non legitimo prognatum, cui in avitâ hæreditate ex paterno latere repræſentatio non competit. Bonâ fide mater ſe prolemque defendit; honeſtis ſe oriundam natalibus nunquam ſpurio fuiſſe nupturam aſſerit, ſi per dolum & fraudem ſoceri non eſſet circumventa; ſobolem ſuam propter il-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

lius fallaciam ab hæreditate non jure ſubmoveri; Judicatum fuit nepotem ex lege avi non eſſe ſucceſſorem, Patruum vero avi hæredem ob doloſam Titii in pactis dotalibus aſſeverationem ad intereſſe matri, ejusque nomine nepoti obligari; idque rectius æſtimari non poſſe quam ad mediam totius hæreditatis partem, quæ nepoti ex repræſentatione competeret, ſi mater non decepta legitimo Titii filio nupſiſſet, Annæus Robertus *Rer. judicat. libr. 2. cap. 18.*

VIII. In feudis non minus, quam in reliquâ ſucceſſione repræſentatio nuptialibus tabulis formari poteſt, ſi Mores eandem non admiſerint, Everardus *conſ.* 231. *num.* 25. Modo Domini conſenſus ſuper hâc ſtipulatione adhibeatur, Antonius Matthæus *Param.* 8. *num.* 34. Uti in pactis dotalibus generaliter circa feudi ſucceſſiones obtinet, Sandius *ad Conſ. feudal. Gelr. tract.* 1. *tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. Bortius *de Feud. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 7.

IX. Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

IX. Cum autem privatorum pactiones in dubio jus publicum non intervertant, contra repræſentationem in noſtris vicinarumque Gentium feudis præſumptio eſt, ſi non ſatis apertè contrahentes eandem declaraverint; Sempronia filium primogenitum elocans pactis dotalibus pollicetur, *ſe relicturam ei in Juriſdictionibus & feudis poſt mortem ſuam ætatis prærogativam Moribus ipſi competentem*; Poſtmodum ſecundis contractis nuptiis maſculos etiam inde ſuſtulit; ipsâ moriente nepos ex primogenito ſuperſtes vi pacti dotalis & jure per patrem tranſmiſſo feudum Trajectenſe, quod vicariam ſucceſſionem non patitur, ſibi præcipuum poſtulat; Patruus, licet ex ſecundo matrimonio, gradu proximior ad ſe feudum devolutum obtendit, nec repræſentationem ex hâc conventione introductam, aut receptę in feudis ſucceſſioni quicquam detractum eſſe, ita de facto conſultus rectè reſpondit Sandius *d. tit. 2. cap. 3. n. 10. & ſeqq.*

 X. Stricta

X. Stricta itaque hîc interpretatio obtinet omni rejectâ extenſione; unde ſi quis repræſentationem ſuæ hæreditati præſcripſerit ſucceſſores deſignando, non nominati hâc prærogativâ gaudere nequeunt, licet in gradu ſint pares cum iis, quibus præviâ declaratione proſpectum eſt, Barnabas le Veſt *arreſt.* 224.

XI. Sicuti pactis dotalibus, ita etiam in inſtrumento familiæ erciſcundæ de repræſentatione quoad feuda agi poteſt; Liberi paternam hæreditatem diviſuri convenerant, ut bona feudalia inter eos æqualiter dividerentur, vocatis etiam per repræſentationem nepotibus, ſi forſan ex ipſis quis deceſſiſſet durante bonorum uſufructu, quem maritus uxori legaverat; reſponſum fuit ſubſiſtere hanc conventionem ſuper feudi ſucceſſione inter cohæredes initam, uti Moribus receptum tradit Sandius *ad Conſ. feudal. Gelr. tract.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 4.

XII. Neglecto autem Domini conſenſu

ſenſu ad ipſa quidem feudorum corpora jus nullum competit, ſed perſonalis ſolummodo ad intereſſe actio, ut aliunde nepotes percipiant, quantum ex bonis feudalibus per repræſentatiotionem fuiſſent conſecuti, cum ſpeciatim ſuper iis inita ſit pactio, Wameſius *cent.* 5. *conſ.* 25. *num.* 37. Sandius *d. loc. tract.* 2. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Rodenburch *de jur. quod oritur ex Statut. diverſ. tit.* 2. *cap.* 5. *nu.* 13. *in med.* Ant. Matthæus *param.* 2. *num.* 24. Judicata refert Goris *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 8.

XIII. Nepotes ex fratre conſanguineo cum germanâ defuncti ſorore ad hæreditatem adſpirant, incognitâ ſcilicet apud nos duplicis vinculi diſtinctione; inſtat ea pactis dotalibus repræſentationem à bonis maternis excludi propter reverſionis clauſulam; Idque Moribus convenit; Parentibus licitum eſt nuptiali inſtrumento ſucceſſionem ſibi liberisque formare hæredem nominando, vel etiam deſig-

nare legitimæ ſucceſſionis ordinem, quo bona revertantur ad latus unde proceſſerint; Ita tamen ut ſtrictam interpretationem ſortiatur reverſionis bonorum ſtipulatio; Hæc enim non tam hæredem facit, quam quidem potius jus tribuit ad ea hæreditatis corpora, quæ ex parentis ſucceſſione ad filium devoluta aut aliter pactis dotalibus ad reverſionem deſtinata ſunt, illibato manente quoad reliqua legitimorum ab inteſtato hęredum jure, Everardus *conſ.* 209. *n.* 3. Coren *obſ.* 30.

XIV. Sed quid ſi mater filium teſtamento hæredem ſcripſerit, an à pactis dotalibus reſiliiſſe judicabitur, ut proinde nepotes ex uno latere per repræſentationem indiſtinctè patrui hæreditatem cum amitâ dividant? Potior pro nepotibus opinio eſt; Succeſſionis ab inteſtato deſignatio cum teſtamento nihil commune habet; Mater dum inſtituto ſimpliciter filio de ſecundo hærede nihil loquitur, rejectâ antenuptiali deſignatione ſucceſſionem

legi Patriæ commiſit. Ex pactis nulla ſucceſſio eſt, ubi mutato ſucceſſionis titulo pacta deſecerint. Liberè filius, enervatâ reverſionis conventione, teſtamento conſequitur, quæ alioquin ſub deſignati ſucceſſoris onere poſſediſſet, niſi alio hærede ſcripto; Duplex ineſt reverſioni bonorum conditio, renunciatio ſcilicet parentis de non ſuccedendo, & deinde ſucceſſionis ab inteſtato deſignatio; facto teſtamento prior remanet conventio, ſublato deſignatæ ſucceſſionis ordine, qui pactis inerat; caſus teſtati, uti omiſſus, juri noſtro cõmuni relictus intelligitur, *l.* 99. *ff.de Verb.oblig. l.*10. *ff.de Liber. & poſth. l.*22.*ff.Solut.matrim.* Grivellus *deciſ.*68.

XV. Statuto excluſa repræſentatio inter fratres pro liberis ſuis ex contractu non validè introducitur circa ſucceſſionem fratris improlis, ſi ipſius conſenſus non acceſſerit; æquè dubius quidem & incertus ab initio eventus eſt; pro pupillis in caſum mortis paternæ vigilatur, & ad jus com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

mune redeunt contrahentes; attamen contra bonos mores eſt de viventis paciſci hæreditate & circa alterius patrimonium ſucceſſionem lege municipali ſtabilitam invertere, *l. ult. ff. de Suis & legitim. hæred. l. ult. C. de Pact.* Nullitatis vitio laborare hanc conventionalem repræſentationem duplici judicato confirmat Brodæus *in not. ad Louet lit. R. cap. 9. verſ. l'on à demandé.*

XVI. Cæterum jus pactis dotalibus circa repræſentationem acquiſitum non tantæ viciſſitudini Mores ſubjectum voluére, ut ad lubitum unius ex conjugibus ſubverti queat; ſed de eo dubitatum fuit, ſi patruus ſucceſſionis ordinem in nepotis favorem ultro declaraverit, idque acceptatum & porro actis publicis inſinuatum fuerit, an pœnitentiâ infirmari poſſit. Admittenda equidem revocatio eſt; nemo ſibi legem ſcribere poteſt, ut à declaratâ voluntate recedere non liceat; in hanc ſententiam Senatus Pariſienſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

10

riſienſis arreſtum profert Annæus Robertus *Rer. Judicat. libr.* 3. *cap.* 16.

CAPUT X. L² 647-70

De Repræſentatione in Feudis.

I. *An repræſentatio locum habeat in ſucceſſionibus individuis.*

II. *Quid obtineat in feudis.*

III. *Quæ ſit feudorum noſtratium ſucceſſio.*

IV. *An nepos ex primogenito per amitam in iis ſecludatur.*

V. *Quid de Ædibus Nobilium genearchicis dicendum ſit.*

VI. *An jus hoc æquum ſit in deſcendentibus.*

VII. *De Repræſentatione in lineâ collaterali.*

VIII. *De Repræſentatione apud Saxones.*

IX. *De Edictis Caroli Quinti.*

X. *An nepos ſenior ex filiâ juniori ex primogenito præferri debeat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

XI. *De Repræſentatione ſecundum jus devolutionis.*

XII. *Quomodo in feudis de repræſentatione judicandum ſit.*

I. Repræſentationem ad concurſum, non vero ad patrui excluſionem prodeſſe voluit Imperator; In parentis quidem jura & portionem ſuccedit nepos, verum de dividuis, non individuis bonis loquuntur leges; Non ſanè in excluſione, uti in concurſu æquitatis evidentia eluceſcit; In individuis ſucceſſionibus ex lege Civili eam non admitti rectè obſervant Cujacius *de Feudis libr.* 2. *tit.* 11. Pythæus *ad Conſ. Trecenſ. art.* 15. *verb. en auſſi.* Hottomannus *quæſt. illuſtr.* 3. Molina *de Majorat. tract.* 2. *diſp.* 627. *num.* 7. Cævallos *quæſt.* 905. *num.* 121. *& ſeqq.* Brodeau *ad Louet lit. R. cap.* 9. Ranchinus *de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 13. *num.* 19. Buridan *ad Conſ. Veromand. artic.* 163. Quoties vero hodiernis Moribus

bus patruum nepos antevertit, illud juri Romano non rectè imputatur, ſed ex receptâ cujusque populi conſuetudine profluit.

II. In feudis habere locum repræſentationem communiter placuit, DD. recenſet Caſtillo *controverſ. libr. 3. cap. 19. num. 223. & ſeqq.* uti & Vultejus *de Feudis libr. 1. cap. 9. num. 109.* Niſi quod nonnulli inter feudum ex pacto ſeu providentiâ, & inter hæreditarium diſtinguant, quod fuſius propugnat Robles *de Repraſentat. libr. 3. cap. 18.* Non incerta de repræſentationis jure in feudorum Codice extant veſtigia, *cap. 1. de ſucceſſ. feud. cap. 1. de ſucceſſ. fratr.* Aliæ autem Nationes ſingulæ ſuas leges de feudis, non minus, quam Longobardi habuére, uti eleganter tractat Grotius *de jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 7. num. 21.* Ita etiam Nicolaus Goſſon *ad Conſ. Atrebat. art. 13.* De feudorum ſucceſſionibus ex more cujusque populi præcipuè judicandum eſt; Primo quidem ad

pacta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

pacta recurrendum, iis autem deficientibus ad Conſuetudinem loci, ultimo denique ad Jus ſcriptum, Cancerius *var. reſol. part. 1. cap. 12. num. 21.* Zypæus *in notit. Jur. Belgic. tit. de feudis in fin.* Illud ubique ferè in Belgio obſervatur, ut rejectâ feudorum diviſibilitate ad unum feudalis hæreditas perveniat, Chriſtinæus *vol. 1. deciſ.* 388. Neoſtadius *de Feudis cap. 5. num.* 67.

L² 648-71

III. In feudis Trajectenſibus non admittitur repræſentatio; in hâc Diœceſi eam Carolus Quintus in lineâ rectâ primus introduxit, ſed non aliter obtinere voluit, niſi reſervato unicuique ſuo hæreditario & præceptitio jure, *Coſtuym. van Utrecht Rubr.* 23. *art.* 24. & 27. Jus itaque repræſentationis antea inauditum de allodialibus non rectè ad feuda porrigimus; Conſuetudines quoque juſſu Ducis Albani apud nos collectæ §. 63. expreſsè & indiſtinctè ferunt natu majorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

prem in feudis præferri minori ejuſ-
dem gradus; ubi Magiſtratus urbis
ta Moribus invaluiſſe teſtatur; Idem
de feudis Trajectenſibus quoad repræ-
ſentationem tradit Fredericus San-
dius *de Feudis tract.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1.
§. 1. *num.* 13. & uterque Antonius
Matthæus *Param.* 8. *num.* 24. *& Ob-
ſervat.* 37. *num.* 4. Vicinorum Con-
ſuetudines nobiſcum etiamnum ho-
die in feudis eam non agnoſcunt;
de Hollandicis teſtatur Neoſtadius *de
Feudis cap.* 3. *num.* 4. Grotius *in ma-
nud. libr.* 2. *part.* 41. *verſ. maer hoewel.*
& poſt eos Bortius *de Feudis part.* 5.
maxim. 3. de Gelricis Chriſtinæus *vol.*
6. *deciſ.* 43. *num.* 32. Sandius *d.* §. 1.
num. 12. *&* 13. Goris *tract.* 2. *cap.* 1.
num. 1. de Zelandicis Bortius *d. loc.*
nu. 7. de Tranſyſulanicis patet ex Phi-
lippi Epiſcopi Conſtitutione, quam
ex Winhovio refert Antonius Mat-
thæus *d. Param.* 8. *num.* 24. Quod ibi-
dem poſteà confirmatum eſt, *Landr.
van Overyſſel part.* 2. *tit.* 25. *art.* 21.
Flandriæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, aliarumque Gentium Moribus nulla etiam in feudis inter liberos datur repræſentatio, Gudelinus *de Feudis part.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Sandius *d. loc. num.* 15.

L² 648-71 IV. Incapaces feudorum fœminas, repudiatâ Longobardorum lege admiſerunt Noſtratium Mores; eas quidem in æquali gradu poſitas maſculi à feudo arcent; verum ipſæ ſanguine proximiores excludunt reliquos, licet ſexu prævaleant; denegatâ repræſentatione nepos per ſe gradu remotior non tantum à patruo juniore, ſed per amitam quoque à feudis ſecluditur, Neoſtadius *de Feudis cap.* 5. *num.* 9. Grotius *in manud. libr.* 2. *part.* 41. *verſ. een nieuw.* Sandius *de Feudis tract.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 7. *num.* 57. & §. 15. *num.* 6. Nullâ inter prius aut poſterius matrimonium diſtinctione datâ, Chriſtinæus *vol.* 6. *deciſ.* 44. *num.* 2. Sandius *d. cap.* 1. §. 12. *num.* 2.

V. Dubium eſt quoad avitas Nobilium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ium ædes, unde originem & nomen
ota ducit familia; Stemmatum bona,
quamvis libera, inſtar feudorum ha-
bent Saxones, Moller. *ad Conſtit. Saxon.*
part. 2. *Conſtit.* 12. *nu.* 3. Allodialia
Nobilium, quibus annexa juriſdictio
eſt, feudorum naturam apud Gallos
imitantur ex Molinæi, Choppini &
Loſæi traditis, quorum doctrinam in
haſce quoque Provincias tranſlatam
notat Bortius *de Feudis part.* 5. *maxim.*
1. *num.* 7. Nos autem diverſam ab al-
lodio & feudis bonorum ſpeciem in
ſucceſſione habemus nullam; Ædes
ſeu domus Nobilium genearchicæ,
uti reliqua in hæreditate bona cenſeri
ſolent, niſi in feudum datæ Dominum
agnoſcant, quo caſu ſecundum feuda-
les patriæ Conſuetudines deferuntur.

VI. Hæc nepotum per patruos à
feudis avitis ſecluſio non immerito
duritiem plerisque ſapit; Cum vero in
individuis concurſus non admittatur,
neceſſe eſt ut unus alteri cedat; ab ipsâ
autem harum Gentium origine patrui

ante

ante nepotem ſucceſſio eſt; & nondum ſeſquiſæculum effluxit, quo primum innotuit repræſentatio. Alii ad temperandas in deſcendentibus feudorum prærogativas, patruo beſſem concedunt, triente cæteris cohæredibus dato, quæ Zutphanici & Transyſulanici feudi natura eſt, Goris *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2. *Landr. van Overyſſel part.* 2. *tit.* 25. *art.* 21.

VII. Quibus inter deſcendentes repræſentatio non placuit, multo minus in lineâ tranſverſali eadem arridebit, ita ſupra allegatæ authoritates & argumenta evincunt; Declarant hujus Provinciæ Ordines Edicto ſuo, quo repræſentatio in lineâ collaterali apud nos anno 1594. demum introducta eſt, ſeſe eam admiſſuros quoad bona, *nota*, allodialia. Mechlinienſes licet repræſentationem inter liberos in feudis receperint, in lineâ tranſverſali nihilominus eandem non habent, *Coſtuym. van Mechelen tit.* 10. *art.* 12. Wameſius *cent.* 6. *conſ.* 11. *num.* 1.

Gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Generaliter in feudis Brabanticis nulla in obliquâ ſucceſſione repræſentatio eſt, quamvis eo privilegio deſcendentes gaudeant, Stockmans *de jur. devolut. cap. 7. num. 3. & 4.* Unde ſequitur, quod ſoror ex gradus prærogativâ fratri defuncto ante nepotem ſuccedat, Neoſtadius *de Feud. cap. 5. n. 47. & 48.* Grotius *in Manud. libr. 2. part. 41. num. 25.*

VIII. Sicuti autem apud nos in feudis quoad collaterales ceſſat repræſentatio, in allodialibus vero eſt recepta; ita è converſo apud Saxones à reliquis bonis excluſa in feudalibus locum habet, uti à Sereniſſimo Electore conſtitutum eſt, *part. 3. Conſt. 29.* ubi Mollerus *in not.* Hartmannus Piſtoris *libr. 2. quæſt. 23.* Berlichius *part. 3. concl. 40.*

IX. Edictum de repræſentatione anno 1521. Wormatiæ à ſe latum, Carolus Quintus in Comitiis Spirenſibus anno 1529. interpretatus eſt, ut nepotes abſque patruis in capita ſuccedant, Carpzovius *part. 3. Con-*

ſtit. 18. *def.* 2. *&* 3. Eam Conſtitutionem non tantum in allodialibus, de quibus loquitur, ſed ſpecialiter in feudis quoque obtinere tradunt Mynſingerus *cent.* 3. *obſerv.* 94. Daſſelius *ad Conſuet. Lunæburg. art.* 17. *num.* 26. Vultejus *de Feud. libr.* 1. *cap.* 9. *nu.* 111. Chriſtinæus *vol.* 4. *deciſ.* 57. *nu.* 4. Roſenthal *de Feud. cap.* 7. *concl.* 56. *nu.* 9.

X. In noſtratium feudis nulla agnationis præ cognatione prærogativa eſt; Ita Conſuetudines juſſu Ducis Albani à Senatu Civico collectæ ſonant, §. 63. Major natu ex fœminâ nepos reliquos, licet ex maſculis deſcendentes in feudali ſucceſſione prævertit; Refert quidem Radelantius adductis in utramque partem teſtimoniis contrarium, ſecundum juris Longobardici regulas judicatum, *deciſ.* 31. Major nihilominus ratio ſuadet in probandâ conſuetudine Magiſtratus authoritatem & fidem ſequi, quam in teſtium incertitudine & conflictu in adverſam inclinare opinionem; Vicinorum

norum Mores vulgatam ſecuti paræmiam etiam pro nepote ex filiâ, poſthabito agnationis jure cenſuére, Neoſtadius *de Feud. cap.* 5. *num.* 10. Grotius *in Manud. libr.* 2. *part.* 41. *num.* 18. Gudelinus *de Feud. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. Bortius *de Feud. part.* 5. *maxim.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* ubi ita à Conſuetudinum peritis reſponſum & à Curiâ deciſum refert. Unam autem eandemque apud nos & Hollandos Juris Feudalitii cognitionem eſſe ſcripſit Neoſtadius *de Feud. in præfat.*

XI. Quomodo repræſentatio in feudis conſiderari debeat in iis locis ubi jus devolutionis obtinet, non una omnium ſententia eſt; Nonnulli tempus interrupti fato thalami, alii vero horam mortis parentis, unde feudum proficiſcitur, ſpectandam voluére; Pater pluribus relictis liberis deceſſerat; uxor ſuperſtes filios omnes amiſit; vivis deinde ad huc filialibus & ex primogenitâ maſculo, ipſa quoque fatalitatem explevit; diſceptatio ſuper feu-

do materno inter nepotem & materteras incidit; Suprema apud Brabantos Clientelaris Curia nepotis cauſam potiorem habuit, devolutionem ſcilicet eorum Moribus non operari ſucceſſionem, ſed ſolummodo in ſpe & ſub conditione hæreditatis conſervationem; aviæ, non avunculis hîc nepotem ſuccedere; in feudis quidem apud eos repræſentationem inter collaterales non obſervari; ſed quo minus nepos ex primogenitâ materteris in aviæ hæreditate præferatur, nihil impedimenti eſſe; latius hoc arreſtum ex jure patrio adornavit Petrus Stockmans *de jure devolut. cap.* 7.

XII. In feudorum ſucceſſionibus de repræſentatione judicandum eſt non ſecundum Curiæ dominantis leges, ſed rei ſitæ ſeu loci ſervientis Mores; eadem manet feudi ſucceſſio, quæ antea allodii fuit, ſi non aliud ſuadet pactorum conditio, Schraderus *de Feud. part.* 5. *cap.* 2. *nu.* 46. Gudelinus *de Feud. part.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Zoeſius

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

de Feud. cap. 17. *num.* 16. Kinſchotus *de Licent. teſtand. cap.* 5. *num.* 1. Rodenburch *de jur. quod orit. ex ſtatut. diverſ. tit.* 2. *cap.* 5. *num.* 17.

CAPUT XI.

De Repræſentatione in Regiis ſucceſſionibus.

I. *De nepote ex primogenito Regis.*
II. *Quid ſi filiam tantum reliquerit.*
III. *De Regiâ ſucceſſione inter tranſverſales.*
IV. *De ſexus diverſitate.*
V. *Quid ſi nepotes & neptes abſque patruis ſoli exiſtant.*
VI. *De Repræſentatione per Carolum Quintum introductâ.*

I. QUatenus repræſentatio in Regiis ſucceſſionibus locum habeat pertractarunt Tiraquellus *de Primogenit. quæſt.* 40. & 41. Molina *de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Primogen. Hiſpan. libr. 3. *cap.* 6. Choppinus *de Doman. Franc. libr.* 2. *tit.* 12. Jacob. à Saa *de jur. primogen.* Coſta *tract. de patruo & nepote.* Hottomannus *illuſtr. quæſt.* 3. Michael ab Aguirre *de regn. Portugall. ſucceſſ.* Caſtillo *controv. libr.* 3. *cap.* 19, *num.* 117. *& ſeqq.* Robles *de Repræſent. libr.* 3. *cap.* 16. Potior pro repræſentatione ſeu nepotis causâ opinio eſt, à pleriſque recepta Nationibus; Ita in regno Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ obſervatum tradunt Saa *de primogenit. num.* 15. Ranchinus *de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 10. *num.* 11. Knipſchilt *de fideicom. famil. cap.* 9. *num.* 64. De Arragoniâ, Hungariâ, Majoricarum Inſulis teſtatur Valaſcus *de jur. emphyteut. quæſt.* 50. *num.* 12. De Regno Caſtellæ & Legionis Molina *de Primogen. d. cap.* 6. *num.* 3. De Electoratibus Imperii Knichen *ad Jus Saxonic. cap.* 3. Mollerus *libr.* 1. *ſemeſtr. cap.* 40. Varia ex hiſtoriis exempla referunt Tiraquellus, Choppinus, Hottomannus *d. ll.* Alciatus *libr.* 8. *parerg. cap.* 15.

15. Lipſius *in Monit. Politic. libr.* 2. *cap.* 4. Gudelinus *de Feud. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. Zouchæus *de jur. Fecial. inter gent. part.* 2. *ſect.* 3. *quæſt.* 12. Ex propriis cujuſque Gentis Conſtitutionibus & receptâ Conſuetudine, non autem ex jure civili vel Romanorum legibus hæc decidenda ſunt, uti obſervant Molina *de Majorat. tractat.* 2. *diſput.* 626. *num.* 2. *circa fin.* Grotius *de jur. bell. & pac. libr.* 2. *cap.* 7. *nu.* 30. Fachinæus *libr.* 6. *controv.* 2. Beſoldus *de Regiâ ſucceſ. libr,* 1. *diſſertat.* 14.

11. Non tantum autem nepos, ſed etiam neptis ubique ferè præ patruo ſuccedit, niſi fœmina incapax cenſeatur, uti de Galliarum Regno ex Lege Salicâ conſtans opinio eſt; Repræſentationis quidem ex Juſtiniani conſtitutione hîc nulla datur operatio, utpote quæ in Regiis ſucceſſionibus apud alias Gentes legem non facit, ſed ex linealis ſucceſſionis formâ profluit, quæ in Regnis hodiè recepta mortuos pro vivis habet, donec linea defecerit,

Grotius *de jur. bell. & pac. d. cap. 7. numer.* 22. Beſoldus *d. libr.* 1. *diſſert.* 8. *num.* 2. *Peregrinus, Hottomannus, Ranchinus, Buxtorffius ibid. allegat.*

III. Defuncto patruo Rege ultimo inter collaterales nepos quoque præcedit; Juris nondum delati legalis tranſmiſſio hoc efficit, non repræſentatio, quæ propriè loquendo hîc nulla eſt; Etiam ultra repræſentationis terminos in infinitum Regia procedit ſucceſſio; Nepotem tuentur Tiraquellus, Hottomannus, Grotius & DD. ſupra allegati; Patrui cauſam diſcurſu exoterico doctiſſimè egit Goldaſtus; quoniam vero ex repræſentationis lege ſecundum jus civile hæ controverſiæ definiri nequeunt, parum iiſdem inhærebimus.

IV. De nepte ex fratre illud addendum eſt, quod & ipſa patruo præferenda ſit, cum ſola lineæ prærogativa hæredem faciat; In Regni Neapolitani & Ducatus Britanniæ ſucceſſione exempla

exempla profert Gudelinus *de Feud. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. *in fin.*

V. Ubi porro non niſi nepotes & neptes, vel etiam pronepotes abſque patruis ſoli exiſtunt, quid circa lineam, ſexum, ætatem vel defuncti parentis perſonam ſpectari debeat, per Hiſpanos, Italos, Luſitanos ſuper Regni Portugalliæ ſucceſſione variè tractatum fuit, uti ſpeciali de eâdem controverſiâ ſcripto retulit Michaël ab Aguirre, Nonius, Souſa, aliique quos in Hiſpanienſi defenſione noviſſimè recenſuit Gonſales; diverſa reſponſa collegit Zilettus *de ultimar. voluntat. cauſ. conſ.* 138. *& ſeqq.* Idem tractant Rumelinus *ad Auream Bullam libr.* 1. *diſſertat.* 6. *num.* 17. Knipſchilt *de Fideicom. familiar. cap.* 9. *num.* 74. Gudelinus *de Feud. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. Zouchæus *de jur. fecial. int. gent. part.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 23.

VI. Antiquitus in harum Provinciarum Regimine non videtur habita linealis ſucceſſionis ratio, omni etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

repræſentatione ſeclusâ; Carolus Quintus celebratis in Belgio Ordinum Comitiis anno 1549. repræſentationem in Dominatrice familiâ demum introduxit, ut eæ Ditiones & Provinciæ, quæ diverſimodè hactenus in ſucceſſionibus regerentur, omnes ſub repræſentationis jure comprehenſæ unius imperio ſecurius ſubſiſterent, ex Edicti verbis notant Stockmans *de jur. devolut. cap.* 21. *num.* 8. & Gonſales *in examin. veritat. tract.* 2. §. 4. In matrimonii contractu inter Archiducem Auſtriæ Albertum & Philippi Secundi filiam Eliſabetham de repræſentatione quoad haſce Provincias ſpecialiter cautum fuit, Haræus *in Annalib. Brabant. ad annum* 1598. Grotius *in Annalib. Belg. libr.* 7.

CAPUT XII.

De Repræſentatione in emphyteuſi, cenſu, jure patronatus.

I. *An repræſentatio locum habeat in emphyteuſi.* II. *An*

I. *An in bonis cenſualibus.*
II. *De emphyteuſi per modum primogenii conſtitutâ.*
V. *De pretii refuſione.*
V. *De jure patronatus.*

AN repræſentatio in emphyteuſi obtineat, variis diſtinctionibus latiſſimè tractant Caldas Pereira *de jur. emphyteut. libr.* 2. *quæſt.* 17. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr.*22. *tit.* 18. Caſtillo *controv. libr.* 3 .*cap*, 19. *num.* 237. *& ſeqq.* Zans *de diviſ. bonor. libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 47. *& ſeqq.* Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 347. Robles *de repræſent. libr.* 3. *cap.* 17. Ea apud nos Emphyteuſios natura eſt, ut intra Civitatis terminos ſita ad modum allodii in ſucceſſione deferatur; uti apud Gallos quoque patruo & nepoti per repræſentationem fundus emphyteuticus unà competit ex Senatus Lutetiani decreto, Choppinus *de privil. ruſtic. libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 5.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

In agro vero Trajectenſi bona emphyteutica tam eccleſiaſtica quam ſecularia ex receptâ conſuetudine jure feudorum, quæ ſubingreſſionem ibidem reſpuunt, ad ſeniorem pertinent, *Conſuet. juſſ. Duc. Alban. Collect. art.* 78. Radelant *deciſ.* 31. *nu.* 2. Rodenburch *de jur. quod orit. ex Statut. diverſit. tit.* 2. *cap.* 2. *num.* 1.

II. In bonis cenſualibus ſimiliter inſtar feudi ſucceditur, & ſeniori in gradu abſque repræſentatione cedunt, modo Dominum Curiamque agnoſcant; quæ ſi defecerint, cum reliquis allodialibus in hæreditatis diviſione cenſualia confunduntur, *d. Conſuetud.* §. 87. *&* 88. Hæc quidem bona more magis, quam lege regi tradit Sandius *de Feud. tractat. præliminar. cap.* 1. *num.* 10.

III. Emphyteuſis intra fines Civitatis ſita abſque repræſentatione etiam feudorum naturam ſequitur, quoties inter contrahentes actum fuerit, ut major natu in eam ſuccedat, ita à Curiâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

riâ judicatum fertur, 26. *Januarii* 1575. *In der ſaecke van Lambert Roeloffz contra Gerrid Eeliſſz.* Apud alios vero in emphyteuſi per modum primogenii ſeu majoratus conſtitutâ non patruus nepoti, ſed nepos eidem per repræſentationem præferri ſolet, Covarruvias *practic. quæſt. cap.* 38. *nu.* 13. Molina *de primogen. libr.* 3. *cap.* 7. *nu.* 12. alter Molina *de Majorat. tractat.*2. *diſp.* 627. *num.* 13.

IV. Quoad bona emphyteutica & cenſualia, quæ excluſo repræſentationis beneficio jure feudi patruus ſolus capit, ſi pretio empta fuerint, ejus facienda refuſio eſt ad augendam hæreditatis maſſam; Quod in primis deſcendentium ſucceſſionibus obtinet, prout dictæ Conſuetudines ſonant; Secus in fraternâ ſeu collaterali hæreditate, propter denegatam inter tranſverſales collationem, uti in feudis quoque receptum eſt, Neoſtadius *de Feud. Holland. ſucceſſ. cap.* 5. *num.* 49. & 50. Grotius *in Manud. libr.* 2. *part.* 41. *num.* 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

num. 20. Sandius *ad Conſ. feudal. Gelr. tract.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num* 35. Bortius *de Feud. part.* 9. *art.* 1. *cap.* 2. Judicatum refert Joſue Amicangelus *quæſt. feudal.* 16. *num.* 9.

V. In beneficii collatione nepos jure repræſentationis cum patruo admittitur, Robles *de repræſentat. libr.* 3. *cap.* 19. *nu.* 74. *poſt ibid. allegat.* Quamvis enim jus patronatus per ſe individuum ſit, quoad exercitium tamen præſentandi, ad plures rectè pertinet, Spino *de teſtament. gl.* 4. *num.* 56. *& ſeqq.* Cenſuit Curia Pariſienſis voces per ſtirpes, & non per capita colligendas eſſe inter plures patroni eccleſiaſtici hæredes, Mornacius *ad l.* 41. *ff. famil. erciſc.* Quod ſi jus Majoratus fundator introduxerit, patruum à nepote per repræſentationem excludi docent Covarruvias, Molina, Spino *d.ll.* Contra quam apud nos receptum eſt. Vocato tamen de ſanguine proximo liberi per tranſmiſſionem juris ad præſentandum acquiſiti ſuccedunt. Avus

colla-

collationem habuit; eo defuncto jus ſuum filius primogenitus non exercuit propter caſus defectum; Nepos equidem tunc patruo præferendus eſt, ita Curia judicavit in causâ Zyliorum 26. *Octobr.* 1 6 6 3. Jus præſentandi ſemel lineæ quæſitum ad aliam non tranſit, niſi ea extinctâ, Gudelinus *de Feud. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *in fin. Covarruvias & Hottomannus ibid. allegat.*

CAPUT XIII.

De Repræſentatione in retractu gentilitio, tutelis, alimentis, reditu vitalitio.

I. *An repræſentatio locum habeat in retractu gentilitio.*
II. *Quid de tutelis dicendum ſit.*
III. *An obtineat in alendi onere.*
IV. *De lucris nuptialibus.*
V. *De iis quæ jure ſanguinis deferuntur.*

VI. *De*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

VI. *De reditu vitalitio.*
VII. *De beneficio Inventarii.*

I. IN retractu Gentilitio, qui jure ſanguinis proximioribus competit, locum habere repræſentationem tam in lineâ collaterali, quam inter deſcendentes multis placuit, cum ad modum ſucceſſionis ab inteſtato hoc jus ſoleat deferri, liberisque per gradus ſubingreſſionem eadem, quæ parenti commoda obveniant, Schraderus *de Feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 38. *& ſeqq.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 433. *uum.* 25. *& ſeqq.* ita Burdigalenſium Conſuetudines habent, *tit. de retractu art.* 6. ubi Arnoldus Ferronus ſæpius ſic deciſum notat; ſequuntur Andium Mores, Delommeau *ad Conſ. Andegav. art.* 363. Idem apud Pictones receptum extat, Petrus Rath *ad Conſ. Pictav. art.* 332. Pro hâc opinione aliquoties judicatum ferunt Berault & Godefroy *ad Conſ.*

Conſ. Normann. artic. 476. *&* 477. Alii vero contrarium docuére, ne ſpeciale jus protimeſios cum repræſentationis privilegio concurrat, Tiraquellus *de retract.* §. 11. *gl.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.* Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. libr.* 4. *cap.* 22. *num.* 15. Reinking *de retract. quæſt.* 2, *nu.* 66. *& ſeqq.* Ita apud Armoricos judicatum tradit Argentræus *ad Conſuet. Britann. art.* 299. *gl.* 2. *num.* 4. & à Jenenſibus reſponſum narrat Richter *de ſucceſſ. ab inteſtat. Sect.* 1. *verſ. hoc jus autem.* Hoc ſenſu jus Burgundicum interpretati ſunt Boguet *ad Conſuet. Burgund. tit.* 13. §. 3. *num.* 5. & Grivellus *deciſ.* 40. *num.* 19. *& ſeqq.* uti etiam jus Bavaricum explicat Joannes Balthaſar *practic. reſol. part.* 1. *tit.* 10. *reſol.* 10. *num.* 4. Ita Leges Regias Hiſpaniæ accipit Blaſius Robles *de repræſent. libr.* 3. *cap.* 15. Arvernorum Conſuetudines, quæ generaliter in retractu repræſentationem concedunt, ad deſcendentes reſtringit Beſſianus *ibidem cap.* 23. *art.* 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

num. 3. Præcipuè hic attendendum eſt, quid moribus cujusque populi receptum fuerit, cum materia retractus planè conſuetudinaria & ſtricti juris ſit, uti poſt Fabrum & Tiraquellum obſervat Sandius *libr.* 3. *tit.* 5. *def.* 1. In hâc Diœceſi gentilitius ille retractus non frequentatur, Rodenburch *de jur. quod orit. ex ſtatut. diverſit. tit.* 2. *part.* 1. *cap.* 5. *num,* 17. Anton. Matthæus *de Auction. libr.* 1. *cap.* 16. *num.* 41. *in fin.*

II. Filium in tutelis patrem non repræſentare evincit textus *in l.* 3. §. 7. *ff. de Legitim. tutel.* Hanc legem à noviſſimâ Juſtiniani Conſtitutione inviolatam manſiſſe Antonius Faber opinatus eſt, *in diſp. de patrui ſucceſſ. circa fin. in not.* Rectius contrarium ſcripſit Forſterus *de ſucceſſ. ab inteſt. libr.* 4. *cap.* 22. *num,* 9. Robles *de repræſent. libr.* 3. *cap.* 2. Expreſsè nepotem cum patruo admittit Gajus *in l.* 8. *ff. de Legitim. tutel.* Sed à Compilatoribus interpolatam eam legem notat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

notat Wiſſembachius *in Triboniano ad d. l.* 8. Litem hanc Imperator Juſtinianus decidit in *Novell.* 118. *cap.* 5. Sancimus, inquit, unumquemque ſecundum gradum & ordinem, quo ad hæreditatem vocatur, aut ſolum aut cum aliis functionem tutelæ ſuſcipere; Dummodo legitima qualitas & ætas in filio patrem repræſentante concurrant, *l. ult. C. de Legitim. tutel.*

III. Repræſentatio fratrem ejusque filios unam eandemque perſonam efficit; hinc nepotem alere patruum teneri, & è converſo latè probat Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 28. Giurba *deciſ. noviſſ.* 5. Ita in regno Caſtellæ, Siciliæ, Arragoniæ, Granatenſi deciſum refert poſt alios Larrea *deciſ.* 47. *num.* 13. & 14. Contrarium vero receptius eſt, quia nullibi id lege cautum extat, Garſias *de expenſ. cap.* 3. *num.* 35. Michalorius *de Fratrib. part.* 3. *cap.* 32. *num.* 15. plurimos DD. in hanc ſententiam colligit Larrea *d. de-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ciſ. 47. *num.* 20. *&* 21. Idem Friſiorum Curia judicavit, Sandius *libr.* 2. *tit.* 8. *def.* 2. ſequitur Groenewegen *ad l.* 4. *ff. ubi pupill. educ. deb.* A ſucceſſione enim ad alimenta non procedit argumentatio, Molina *de primogen. Hiſpan. libr.* 2. *cap.* 15. *num.* 67. *verſ. ſed quamvis.*

IV. Quæ lucra nuptialia propter ſecundas parentis nuptias ad liberos prioris thori ſpectant, in iis per repræſentationem cum thiis ſuccedens nepos partem conſequitur, etiamſi patris hæreditatem repudiaverit; Quod ſi autem vivo genitore ſecundum avi matrimonium initum fuerit, requiritur ut patri hæres exiſtat, Claudius Henrys *libr.* 4. *cap.* 6. *quæſt.* 56. Non enim hoc caſu in bonis avi, ad quæ ſuo jure nepos venit, hæc reperiuntur, ſed in bonis filii, cui etiam non hæredi ex nuptiarum reiteratione jus quæſitum fuit, uti immutatâ Zenonianâ Lege Juſtinianus conſtituit, *Auth. hæ res C. de Sec. Nupt. Novell.* 22. *cap.* 22. *&* 26.

V. In

V. In iis, quæ jure ſanguinis deferuntur, ceſſare repræſentationem communior DD. opinio eſt, Caſtillo *part.* 2. *Controv. cap.* 20. Robles *de Repræſent. libr.* 1. *cap.* 9. Hujuſmodi autem bona ex naturâ ſuâ vix agnoſcimus; quæ ab aliis ita indigitantur, hæreditaria apud nos audiunt.

VI. Titius ad vitam trium liberorum reditum emit; an repræſentatio locum habebit? reſpectu venditoris nulla ſubingreſſio eſt; certa corpora contractus deſignat, non nova complectitur; quoad fructuum vel reditus perceptionem diverſa ratio eſt; ſola liberorum nomina conventione expreſſa nullam ipſis proprietatem aut accreſcendi jus indè tribuunt; reditus hic in parentis hæreditate & bonis eſt, non minus, quam ſi ad extraneorum vitam conſtitutus fuerit; Nepotibus itaque per repræſentationem, ad ultimum patruorum uſque, etiam reditus pro ſuâ portione quotannis competit, uti duplici Parlamenti Divio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

nenſis arreſto confirmat Bouvot *part.* 3. *verb. bail à rente quæſt.* 3. alia collegit Charondas *libr.* 7. *cap.* 38.

VII. Nonnullis placuit inventarii beneficium non prodeſſe, ſi quis alius ſimpliciter hæredẽ ſe geſſerit, modo in priori vel æquè proximo gradu ſit cum eo, qui inventarii beneficium impetraverit; Quęſtionem hanc inter patruum & nepotem, qui per ſe gradu remotior, repræſentationis vero jure æquè proximus defuncto exiſtit, tractat Nicolaus Valla *de rer. dub. tract.* 20. *nu.* 20. Apud nos ceſſat hæc dubitatio, ubi hæres ſub inventario ab aliis non ſecluditur, ex Ordinum Edicto ſuper hâc ſucceſſionis formâ lato, 3. *Aprilis* 1583.

CAPUT XIV.

De Repræſentatione in Statutis.

I. *De Repræſentatione Moribus receptâ.*
II. *An admitti poſſit, ubi lege municipali non introducitur.*
III. *Quomodo in Statutis obtineat.*
IV. *De uno latere conjunctis.*

V. *Re-*

V. *Repræſentatio naturam Statuti realis habet.*

VI. *De hæreditatis diviſione.*

VII. *Si Statutum proximiores vocat, an Repræſentationi locus ſit.*

VIII. *De diſtinctione inter Majorem & primogenitum.*

IX. *Ceſſat Repræſentatio ſi qualitas ſtatutaria in alterutro deficiat.*

X. *Incapacitas alia eſt perpetua, alia accidentalis.*

XI. *An locum habeat Repræſentatio in particulari ex Statuto ſucceſſione.*

XII. *In præcipuo Statutario apud nos non datur.*

XIII. *Quid ſi nepos cum amitis ſuccedat.*

XIV. *De inſtrumentorum hæreditariorum cuſtodiâ.*

I. OLim in Boreali Hollandiæ regione Repræſentatio nulla fuit, in Meridionali vero ejuſdem Provinciæ parte in infinitum proceſſit, Neo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ſtadius *de Pact. antenupt. obſerv.* 2. *in not.* Hodiè indiſtinctè non tantum fratrum filii ſed & nepotes ibidem repræſentant; Ita tamen ut ex Jure Azingico in gradu ſolummodo inæquali, ex Scabinico vero etiam in gradu æquali per ſtirpes inter eos hæreditatis fiat partitio, *Politic. Ordin. art.* 28. *Placit. Succeſſ. artic.* 11. Apud Zelandos nullo gradu terminatur vicaria ſucceſſio, Neoſtadius *d. loc.* Grotius *libr.* 2. *part.* 28. *nu.* 3. Reliqui Belgæ Fœderati ultra fratrum filios eam non extendunt; de Gelris & Trajectinis ſupra patuit; Ex jure Romano ita Friſii obſervant; Apud Tranſyſulanos autem, Groningands & Omlandos idem expreſſé conſtitutum eſt, *Landr. van Overyſſel part.* 2. *tit.* 6. *art.* 8. *Landr. der Old-ampten libr.* 3. *art.* 84. *&* 88. *Landr. van Hunſingo libr.* 3. *art.* 58.

II. Sunt qui ex vicinis legibus ſupplendum tradidére, ſi forſan ſcriptâ conſuetudine de Repræſentatione cautum non fuerit; rectius Senatus Pariſienſis

ienſis eandem denegavit, ubi lege municipali non introducitur, arreſtum pronunciante Briſſonio, Annæus Robertus *Rer. judicat. libr.* 3. *cap.* 15. Montholon *arreſt.* 32. Autumnus *en ſa conference ad l.* 2. *C. de Suis & legitim. hæredib.* Guerinus *ad Conſuet. Pariſ.* §. 320. Idem confirmatâ Scabinorum Mechlinienſium ſententiâ Suprema judicavit Curia, Chriſtinæus *ad Leg. Mechlinienſ. tit.* 16. *art.* 9. *num.* 10.

III. Quæ itaque Statutum non determinavit, juri veteri repræſentationis excluſivo ſubjecta manent; ſi in immobilibus expreſsâ lege admittitur, ad mobilia non porrigitur; aut ſi de allodialibus tantum hujuſmodi Edictum loquitur, feudalia non complectitur, vel ſi alicubi in infinitum quoad collaterales in immobilibus avitis introducta ſit repræſentatio, ad mobilia & acquiſita non extenditur. Ita in Statutis procedit generalis DD. regula, Repræſentationem ſcilicet non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

dari, niſi in caſibus à lege expreſſis, Covarruvias, Molina, Cancerius, Caſtillo aliique, quos ſequitur Robles *de Repræſentat. libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 25.

IV. Repræſentatio uno latere conjunctos cum germanis non admittit; eam ex Jure civili interpretationem Statutum recipit, Maſcardus *de Statutor. interpret. concl.* 2. *num.* 32. *& ſeqq.* Veruntamen cum pleriſque excluſio per vinculi duplicitatem diſplicuit, hæc ſubingreſſio indiſtinctè fratrum filiis prodeſt, ut ſecundum receptam inter fratres bonorum diviſionem parentis loco debitam portionem conſequantur; Ita Hollandi & Tranſyſulani dimidiatâ manu conſanguineos & uterinos cum aliis per repræſentationem admittunt duplici vinculo duplicem tribuentes portionem, *Politic. Ordinat. art.* 23. *Placit. Succeſſ. art.* 4. *Landr. van Overyſſel part.* 2. *tit.* 6. *art.* 7. In Gelriâ & in hac Diœceſi abſque bonorum aut vin-

culi

culi diſtinctione nepotes ex uno latere cum germanis defuncti fratribus hæreditatem dividunt, *Landr. van Veluwe cap.* 31. *artic.* 4. *Landr. van Zutphen tit.* 17. *art.* 4. Goris *tract.* 4. §. 13. *num.* 4. *in not.* Ubi vero duplicitas vinculi ad excluſionem inſervit, uno latere conjuncti non niſi inter ſeſe repræſentant, uti apud Friſios, Groninganos & Omlandos obtinet, Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 3. *Landr. der Beyden Old-Ampten libr.* 3. *art.* 84. *&* 85. *Landr. van Hunſingo libr.* 3. *art.* 59 *&* 60.

V. Denegatâ in deſcendentibus repræſentatione, ſi alibi avus bona habeat, corruit ipſius teſtamentum, niſi etiam nepotes titulo inſtitutionis fuerint honorati, ex Curiæ arreſto lato 9. *Septemb.* 1589. *in ſaecke van Dirck Quirÿnſz contra Cornelis Corneliſz.* Verius eſt hanc teſtamenti reſciſſionem ad bonorum univerſitatem non pertinere; Hodiè ex rei ſitæ diverſitate diverſa unius hominis patrimonia ſunt;

Statuti

Statuti autem realis naturam habet repræſentatio, quod ex Charonda, Valla, Duret aliisque ſupra demonſtratum eſt.

VI. Introductâ ſimpliciter inter collaterales repræſentatione, non expreſſo per Statutum hæreditatis dividendæ modo, in ſtirpes cum patruis erit ſucceſſio, in capita vero ſi nepotes ſoli fuerint, uti monet Eguinarius Baro *ad tit. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.*

VII. Admiſsâ porro repræſentatione, ſi Statutum alicubi proximiores vocat, idem nepoti cum patruo jus competit, quia Lex & Conſuetudo eoſdem in gradu jam pares fecit, Ferronus *ad Conſ. Burdigalenſ. tit. de Teſtam. art.* 2. Marta *de Succeſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 4. *num.* 40. *& ſeqq.* Mevius *ad Jus Lubecenſ. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 8. *& ſeqq.* Knipſchilt *de Fideicom. Familiar. cap.* 9. *num.* 28. *&* 29. Mean *ad Jus Leodienſ. obſerv.* 102. *num.* 3.

VIII. Vo-

VIII. Vocato primogenito repræ-
entationem, ut plurimum, conce-
lunt, quia nomen juris eſt; quod ſe-
cus ſtatuunt, ſi de Majore fiat mentio,
quandoquidem jam factum præſup-
ponitur, Alexander Raudenſis *de A-
nalogis libr.* 1. *cap.* 15. *num.* 275. Ga-
brielius *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concl.* 3.
nu. 18. Major & primogenitus noſtro
idiomate in multis idem eſt; Ex cir-
cumſtantiis pro ſubjectâ materiâ eli-
ciendum reor, an præcipuè annorum
numerum Legiſlator ſpectaverit; Ma-
jor enim ætas repræſentari non poteſt,
poſt plurimos Cenſalius *ad Peregri-
num de Fideicomm. art.* 21. *num.* 3.
verſ. ſecundo obſervo.

IX. Ceſſat repræſentatio, ſi quali-
tas à Statuto requiſita in alterutro de-
ficiat; vocato maſculo neptis loco pa-
tris non venit, cum ſexus non repræ-
ſentetur, Robles *de Repræſentat. libr.* 1.
cap. 12. Matre per Statutum excluſâ
filius per repræſentationem non ad-
mittitur, ne plus juris ſit in cauſato,
quam

quam in influente potentiâ cauſæ, uti DD. in hâc materiâ loqui ſolent, Larrea *deciſ.* 51. *num.* 31. *Molina*, *Caſtillo aliique ibid. allegat.*

X. Quod ſi incapacitas non ſit originaria aut perpetua, ſed ex accidenti obveniat, repræſentatio nihilominus obtinebit; Vitium aliunde obortum vel extrinſecum per mortem evaneſcit, & ad caſum habilitatis antea exiſtentis cauſa redit; perſonam gradumque patris nepos repræſentat, non fortuitas aut temporarias qualitates; ſufficit jus ſucceſſionis ſpe & potentiâ defuncto parenti competiiſſe, Joſephus à Seſſe *deciſ.* 229. *num.* 12.

XI. Repræſentatio univerſalem ſucceſſionem præſupponit; In particulari ab inteſtato nulla ejus in jure civili extant veſtigia; Apud plurimos quidem in Feudis & Primogeniis recepta eſt, ſed expreſsâ lege aut inveterato populi uſu locum invénit; In hiſce Regionibus Nepotes antea per patruos ab avitâ hæreditate excluſi ſunt, donec repræſen-

præſentatio in univerſali demum ſucceſſione admiſſa ſit; ſive itaque veteres harum Gentium Mores, ſive Conſuetudinum ex jure civili interpretationem conſideres, nuſquam in particulari ex Statuto ſucceſſione datur repræſentatio; idem poſt Baldum & Valaſcum probat Caldas Pereira *libr.* 1. *quæſt. forenſ.* 19. *num.* 13.

XII. Lege noſtrâ municipali filius primogenitus quædam jure præcipui habet, ſed in iis nepotem patruus excludit; ita uſu receptum eſt; Ante introductam in lineâ deſcendenti ſubingreſſionem hoc jus antiquitus obtinuit, neque uſquam innovatum eſt, uti ex Legibus Civicis patet, *Rubr.* 23. *art.* 24. *& Rubr.* 24. *art.* 1. *& ſeqq.* Saxones autem Nepoti ex primogenito avi gladium jure præcipui tribuunt, excluſo juniore patruo, judicata refert Carpzovius *part.* 3. *Conſtit,* 38. *def.* 36.

XIII. Cum itaque filio primogenito tantum, ſeu ſeniori jus præcipui Statutum deferat, conſequens eſt ne-

potem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

potem removeri, etiamſi cum amitis ſolis, quæ uti fœminæ hâc prærogativâ gaudére nequeunt, per repræſentationem avo ſuccedat; gradus iſtud ſimul & ætatis privilegium eſt; in hoc Statuti beneficio, uti in particulari ſucceſſione, voce filii nepos non venit.

XIV. De Inſtrumentorum in hæreditate repertorum cuſtodiâ idem ſtatuendum eſt; A Senatu quidem Dolano & Leodienſi pro nepote judicatum fuit, ex eo quod nepos per repræſentationem ſit feudalis ſucceſſor & familiæ caput, Grivellus *deciſ*. 146. Mean *obſerv*. 378. Verum nobis minus convenit hæc ratio, quibus nulla in feudis repræſentatio eſt, aut in particularibus nepotis prærogativa; Jure Municipali, uti & Lege Romanâ hîc ætas prævalet, *Rubr*. 23. *art*. 19. *l*. 6. *ff*. *de fid. inſtrument*. Potior itaque mihi cenſetur Patrui cauſa, quæ Tiraquelli, Alciati, Fontanellæ quoque opinio eſt, quos refert Mean *d. obſerv*. 378.

SECTIO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

I. *De diviſione ex Statuto inter nepotes in gradu æquali ejuſque ratione.*

II. *An vocatis proximioribus in gradu æquali per ſtirpes fiat diviſio, ubi repræſentatio ex Statuto in infinitum procedit.*

III. *Patrueles cum fratrum nepotibus ex Statuto noſtro concurrunt.*

IV. *Defuncti vero Patruus nepotes excludit.*

V. *Statuto excluſis fratribus uno latere conjunctis, an in gradu æquali inter germanorum filios per capita fiat partitio.*

VI. *Quid de eorum nepotibus dicendum ſit.*

VII. *De reſciſſione repræſentationis præter Statutum formatæ.*

VIII. *Excluſa per Statutum in feudis repræſentatio quomodo teſtamento introducta judicetur.*

IX. *An vocatis in ſtirpes conſanguineis repræſentatio ultra Statutum porrecta cenſeatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

I. Repræſentatio apud Hollandos Auſtrales in infinitum antiquitus extenſa efficit, ut etiam hodiè diviſio in ſtirpes in gradu æquali obtineat; Cum enim poſtea ex Ordinum Decreto ad fratrum nepotes coärctata fuerit ſubingreſſio, nihilque aliud circa eam immutatum ſit, remanſit vetus dividendæ hæreditatis modus. Frequentius placuit inter æquales in ſtirpes diviſio ubi graduum diſtinctione non terminatur repræſentatio; E converſo apud Boreales, alioſque populos in gradu æquali per capita fit partitio; quia apud eos antea incognita repræſentatio non niſi Principum Edictis introducta locum cepit, quoties itaque ſubingreſſio, veluti inter æquales non deſideratur, ſupereſt olim recepta per capita ſucceſſio.

II. Sempronius fratrem teſtamento nominat, eo autem ſine liberis decedente conſanguineos ſibi proximos hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

 14-1

hæredes inſtituit; plures ex diverſis fratribus nepotes reliquit, an in capita ſucceſſuri ſunt, ubi in gradu æquali obtinet in ſtirpes diviſio? Per repræſentationem equidem non ſuccedunt, ſed ex propriâ vocatione, licet appellavo nomine deſignati, ad hæreditatem veniunt; quibus itaque in caſu inteſtati, non teſtamento præcipua hujus Conſuetudinis vis eſt, in capita eos ſuccedere ſtatuunt, niſi diverſa teſtatoris mens aliunde colligi queat, Mantica *de Conject. ultim. volunt. libr.* 4. *tit.* 11. *nu.* 11. Aliud tamen juris ratio ſuadet, nepotes hîc ex teſtamento non per ſe, ſed tanquam gradu ab inteſtato proximi admittuntur, unde cum de portionibus non diſpoſuit teſtator, & de ipſius voluntate quæſtio incidit, petenda interpretatio ex ſtatuto eſt, quod hęreditatē in ſtirpes erciſci jubet.

III. Ex Statuto noſtro inter collaterales gradus prærogativa hæredem facit, *Rubr.* 23. *art.* 27. Poſtea in fratrum filiis conceſſâ repræſentatio-

ne Ordinum Edicto id immutatum eſt, non ulterius; Patrueles & fratrum nepotes quarto gradu utrique defunctum contingunt, *l.* 1. §.6. *l.ult.* §. 15. *ff. de Gradib. & affin.* §. 4. *Inſt. de Gradib.* Conſequens itaque eſt ut omnes abſque repræſentatione in capita ſimul ſuccedant; ita etiam deciſum referunt Sandius *libr.* 4. *tit.* 8. *def.* 6. Carpzovius *part.* 3. *Conſt.* 18. *def.* 19.

IV. A fratrum filiis defuncti thios jure ſubingreſſionis apud nos excludi ſuprà demonſtravimus; Eorum vero nepotibus thii ſucceſſionis viam præcludunt, cum uno gradu eoſdem antevertant, excluſâ ſcilicet repræſentatione, quæ tertio collateralium gradu expirat, *Auth. poſt fratres C. de Legitim. hæredib. Novell.* 118. *cap.* 3. *Novell.* 127. Barry *de Succeſſion. libr.* 18. *tit.* 3. *num.* 6. Carpzovius *d. Conſt.* 18. *def.* 7. Aliis autem vicariâ ſucceſſione ulterius prorogatâ contrarium placuit, *Politic. Holland. Ordinat. art.* 24. *Placit. Succeſſ. art.* 8. *&* 9.

V. Ubi fratrum germanorum filii

 14-1
fratres ex uno latere conjunctos excludunt, ſi ſoli inter ſeſe aut in gradu æquali ſuccedunt, in capita, non in ſtirpes ſeparatur hæreditas; locum enim hîc magis reſpicit repræſentatio quam portiones, Ant. Matthæus *ad ff. diſp.* 40. *th.* 31. *Landr. der Old-ampten lib.* 3. *art.* 85. *Landr. van Hunſingo libr.* 3. *art.* 59. & 61.

VI. Ad eorum autem nepotes hæc non pertinent; Frater ex uno latere fratris germani nepotes in hujuſmodi Statuto excludit; uti & filius fratris ſeu conſanguinei ſeu uterini nepotem ex fratre utrimque conjuncto; Repræſentatio enim & vinculi duplicitas fratrum filios quoad excluſionem non egreditur, Forſterus *de Succeſſ. ab inteſt. libr.* 8. *cap.* 9. *concl.* 1.

VII. Gajus teſtamento repræſentationem præter Statutum introduxit; eo è vivis ſublato reperitur in hæreditate cancellata & inciſa ipſius diſpoſitio; judicavit Hollandiæ Senatus inter Enchuſanos, quibus ante Politicam Ordinationem incognita erat repræ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

ſentatio, validè eam introductam eſſe, neque ſolâ inciſione rumpi noſtratium teſtamenta, Neoſtadius *deciſ.* 1.

VIII. Repræſentatione in feudis Statuto ſeclusâ Titius cum uxore teſtamentum condidit; feudalia filio relinquit, & in caſum mortis ipſius filiæ ſeniori tunc in vivis exiſtenti, aut eâ moriente ipſius liberis; Defunctis parentibus decedit filius improlis; Liberi ex natu majore filiâ repræſentando vi teſtamenti ſeſe proximos arbitrantur; præferri poſtulat junior defuncti ſoror; Reſponſum fuit Materteram nepotibus anteponendam eſſe; parentes non ſeniori ſecundum nativitatem ſed ſecundum exiſtentiam tempore mortis filii proſpicere voluiſſe; ſeniori ſcilicet tunc in vivis, quo caſu junior ſola exiſtens jam major & ſenior evaſit; Quod de liberis filiarum teſtamento adjicitur, non aliter intelligendum eſſe, quam filiabus omnibus ſublatis, ut vulgatæ in feudis parœmiæ & repræſẽtationis in iis receptæ excluſioni in

in dubio teſtãtes ſeſe conformaſſe cenſeantur, latè cauſam Batavi diſcuſſére, *part.4.conſ.*154.155.156.157.158.*&*159.

IX. Vocatis conſanguineis tam paternis, quam maternis in ſtirpes, etiam ii ſuccedunt, qui extra repræſentationis terminos per Statutum ſunt poſiti; Stirps equidem ex pluribus diverſiſque gradibus conficitur & unum corpus reputatur ex toto iſto genere, ideoque inter paulo proximiorem & paulo remotiorem nulla differentia eſt, cum is paulo remotior unitatis ratione æquetur proximiori, uti diſſerunt Menochius *libr.* 4. *præſumpt.* 95. *n.* 35. Intrigliolus *de Subſtit. cent.* 3. *quæſt.* 87. *num.* 37. Quamvis ſi nepotes in gradu æquali inter ſeſe ſoli exiſtunt, hanc clauſulam non tam ſucceſſionis ſubſtantiam, quam modum ſeu dividendæ hæreditatis formam reſpicere alii aſſerant, Robles *de Repræſentat. libr.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Fuſarius *de Subſtitut. quæſt.* 485. *num.* 116. Quæ tamen ratio iis non convenit, quibus in

in infinitum porrecta repræſentatio etiam inter gradu æquales diviſionem in ſtirpes operatur; Noſtro Belgiciſmo in ſtirpes vocatio repræſentationem introducit & extendit; promiſcuè etiam in Edictis cum ſubingreſſione confunditur, *Pole. Ord°. art.* 20. 24. *&* 28. *Placit. Succeſſ. art.* 10. *&* 11. *Placit. Ordin. Traject. de Succeſſ. in bon. patr. circa med. Conſ. Ictum Batav. part.* 4. *Conſ.* 408. In ſtirpes quoque ſuccedere & repræſentare idem eſſe ſtatuunt Cancerius *var. reſol. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 12. *in fin.* Grivellus *deciſ.* 130. *nu.* 4. Vocatis proximioribus conſanguineis & repræſentatione inter eos teſtamento introductâ, horum liberos, licet ab inteſtato per repræſentationem venire non poſſent, tamen loco demortui parentis ad hæreditatem admiſit Supremus in Hollandiâ Senatus, 11. *Decembr.* 1664. Leeuvven *in Juriſpr. Roman. Holland. libr.* 3. *part.* 8. *num.* 15. Idem poſt *Alexandrum*, *Pariſium*, *Menochium* probat Petrus Zans *de diviſ. bonor. libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 61.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

INDEX RERUM.

quæ hoc tractatu continentur.

Accreſcendi jus inter repræſentantes locum habet. 87.

Æs alienum quomodo lui debeat, ſi repræſentatio in quibuſdam tantum bonis obtineat. 150 *& ſeqq.*

Quid ſi teſtator inter fratres & nepotes ultimo elogio bona diviſerit. 147.

Alienatione ſimpliciter interdicta gravato, non gravanti ſucceditur. 104.

Alienatione ad certum gradum prohibitâ num ſanguinis an vero ſucceſſionis gradus intelligendus ſit. 101.

Alimentandi onus ad patruum, non vero nepotem ſpectat. 193.

Amita in feudis nepoti apud nos præfertur. 172.

Aſcendentes non repræſentant, licet in æquali gradu repræſentationis modo bona indiſtinctè dividant. 23. & 24.

Aſcendentes debita hæreditatis per ſtirpes exolvunt. 143.

B.

Belgis antiquitus ab inteſtato nulla fuit repræſentatio, ſed tabulis nuptialibus eandem formabant. 3. & 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

C.

Cenſualia bona quomodo deferantur. 186.

Clauſula, ſalvâ gradus prærogativâ, *excludit repræſentationem.* 99.

Collatio per nepotes parentis loco facienda in avitâ hæreditate ipſorum legitimam non minuit, ſi patris hæredes non fuerint, 132.

Conjecturas admiſſæ vel ſecluſæ repræſentationis qui DD. recenſeant. 120.

Conſenſus patris de præteritione nepotibus non nocet. 22.

Contractus an admittant repræſentationem. 155

D.

DEbita patris in avitâ ſucceſſione nepoti incumbunt, licet ipſius hæreditatem repudiaverit. 126. & 130.

Debitis ex repræſentatione quoad extraneos nemo obligatur. 53. 136. & 143.

Devolutionis jus an repræſentationem in feudis admittat. 177.

Diviſio hæreditatis in gradu æquali quomodo fiat. 40. & 208.

Domicilii mutatio alterat repræſentationem. 39.

Dos à patruo nepti data non confertur. 140.

Dos nepti ab avo conceſſa ab ejus fratribus in thii gratiam non confertur, ſi donataria abſtineat. 137.

Edictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

E.

Edictum Succeſſorium de anno 1594 *apud nos etiam uno latere conjunctos comprehendit.* 65

Emphyteuſis an & quomodo per repræſentationem deferatur. 185.

Exhæredari non poteſt nepos ex nuru ignominioſâ natus. 14.

Exhæredatio patris in avitâ ſucceſſione filio non nocet. 12. & 16.

F.

Feuda noſtratia neque in rectâ neque tranſverſali lineâ repræſentationem patiuntur. 170. & ſeqq.

Fideicommiſſa admittunt repræſentationem. 96.

Filii fratrum Germanorum fratres ex uno latere eorumque liberos excludunt. 63.

Eo autem caſu non in ſtirpes ſed in capita hæreditatem dividunt. 211.

Filii fratrum, non vero nepotes repræſentant. 34.

Fratricidæ filii an repræſentatione gaudeant. 57.

Fratribus invicem ſubſtitutis non datur repræſentatio. 109.

Fratribus inſtitutis an nepotes veniant. 91.

Fratre hæreditatem repudiante filius ejus non admittitur. 50. & ſeqq.

Fructus nepotibus etiã per repræſentationem ſuccedentibus in Trebellianicam imputantur. 116.

Friſii, Groningani & Omlandi uno latere conjunctos cum germanis per repræſentationem hæredes non agnoſcunt. 201.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

G.

Gelri & Trajectini abſque vinculi diſtinctione repræſentationem habent. 65. & 200.
Gradus alius eſt ſanguinis, alius ſucceſſionis. 99.
Gradus æqualis an admittat repræſentationem. 46

H.

Hollandi ultra fratrum filios nepotibus repræſentationem concedunt. 35.
Ex Iure Azingico in gradu ſolummodo inæquali, ex jure autem Scabinico in gradu etiam æquali per ſtirpes ibidem ſucceſſio eſt. 198
Per repræſentationem patrueles cum defuncti thiis admittunt. 36.
Hollandi & Tranſyſulani repræſentantes ex uno latere dimidiatâ tantum manu cum germanis hæredes declarant. 200.

I.

Incapacitas repræſentantis aut repræſentati quomodo impediat repræſentationem. 203. & 204
Inceſtu per patrem commiſſo an liberi repræſentent. 54.
In individuis nepotes ſinguli in ſolidum obligantur, dato adverſus cohæredes regreſſu. 145. & 146.
In individuis Iure Romano nulla repræſentatio eſt. 168.
Inſtrumentorum hæreditariorum cuſtodia nepoti præ patruo non competit. 206.
Inventarii beneficio an patruus gaudeat, ſi nepos ſimpliciter hæredem ſe gerat. 196. Kin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

K.

Kinderen, *vox illa an plures gradus comprehendat latè diſcutitur.* 80. *& ſeqq.*

L.

Legitima quomodo inter nepotes cõputetur. 10.
Legitima & Trebellianica apud nos ſemiſſem quandoque excedunt. 115.
Lex 6. C. ad S^{ctum} Trebellian. *nepotibus non prodeſt.* 114. *& ſeqq.*
Liberi tenentur conferre quod pro delicto patris avus exolvit, etiam paternâ hæreditate repudiatâ. 128.
Linealis ſucceſſio in Regnis obſervatur. 181.

M.

Major & Primogenitus, hæ voces quomodo repræſentationem admittant. 203.
Majoratus ſeu familiæ bona apud nos repræſentationi non ſubjacent. 112.
Mortuorum, non viventium repræſentatio eſt. 49.
Mortis præſumptio in caſu repræſentationis. 60. *&* 62.

N.

Nepotes, ſi ſoli ſint avo in ſtirpes, patruo in capita ſuccedunt. 8. *&* 40.
Nepotes cum avo per repræſentationem in patrui hæreditate concurrunt. 25.
Nepos in legitimâ inſtitutus, ſcripto univerſali hærede patruo, quoad creditores legatarii loco eſt. 144.

Nepos ex matrimonio ignoranter cum adultero inito etiam repræſentat. 55.

Nepotes ab avo hæredes ſcripti, matre in legitimâ inſtitutâ, non conferunt. 138.

Nepotes in patrui hæreditate non conferunt, quod pater ipſorum debuit, niſi patris hæredes fuerint. 129.

Nobilium Ædes Genearchicæ an Feudorum inſtar deferantur. 173.

P.

Pactis dotalibus repræſentatio formari poteſt, etiam in Feudis. 156. & 160.

Patronatus jus an ad nepotes quoq; pertineat. 188

Patrueles non ſuccedunt cum defuncti thiis. 36.

Patrueles cum fratrum nepotibus concurrunt. 210.

Patruo renunciante ipſius filii adverſus patrueles non veniunt. 18.

Præcipuum Statutarium apud nos nepoti non competit. 105. & 206.

Proximioribus vocatis an procedat repræſentatio. 75. & ſeqq.

Proximitas quomodo ſpectetur in fideicommiſſis. 102.

R.

Reditus ſuper fundo conſtitutus totius hæreditatis debitum eſt. 153.

Refuſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Refuſio pretii in feudis, emphyteuſi, cenſualibus noviter emptis quomodo obtineat. 187.
Regia ſucceſſio ex Iuris Romani regulis non defertur. 181.
An repræſentationem admittat. 180. *& ſeqq.*
Renunciatio matris non obeſt liberis, ſi ipſa ante avum deceſſerit. 20.
Repræſentatio in dubio locũ non habet & ſtrictam interpretationem patitur. 119. & 199.
Repræſentatio inter collaterales nonnullis in infinitum placuit, ab aliis vero plane non recipitur. 32. & 33.
Repræſentatio teſtamento præter Statutum formata quomodo obtineat, ubi de omnibus bonis teſtari non licet. 92.
Repræſentatio nepotibus teſtamento omiſſis quandoque prodeſt. 111.
Repræſentatio in particulari ex Statuto ſucceſſione non obtinet. 204.
Repudiantis liberi non repræſentant. 17.
Retractus jus an nepoti parentis loco competat. 190.
Reverſionis bonorum ſtipulatio cujus naturæ ſit. 164.

S.

Spurii per repræſentationem avo aviaque maternis hæredes ſunt. 7.
Statuti realis naturam habet repræſentatio. 38.

Statutum

Statutum an, vocatis proximioribus, repræſentationem admittat. 202.

Statuto non introducta repræſentatio ex vicinis Moribus non ſuppletur. 199.

Statutum Ultrajectinum Rubr. 23. *art.* 19. 26. 27. *explicatur.* 6. 27. 45. & 206.

Statutum Ultrajectinum Rubr. 24. *art.* 1. *nepotes non complectitur.* 205.

T.

Trajectini & Gelri repræſentationem tribuunt abſque vinculi aut bonorum diſtinctione. 65. & 200.

Tranſyſulani & Hollandi ex uno latere repræſentantes dimidiatâ manu cum germanis admittunt. 200.

Thios defuncti fratrum filii excludunt & in capita inter ſe hæreditatem dividunt. 45. & 46.

Tutela an per repræſentationem deferatur. 192.

V.

Unio prolium repræſentationem includit. 157.

Vocatio in ſtirpes repræſentationem extendit. 213. & 214.

Z.

Zelandi in utrâque lineâ repræſentationem in infinitum prorogant. 198.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]

127-34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
381 M 14 [1]